





~~978~~  
~~84~~

Mathias Bonus

de Insti:trumento sapientia

et animo libri III.

Bolonha 14:93-

Han 3677; Colleget 278,

HR 12-10-22.

Page 22.

Dec 1866

No 73

Factors as 4 per cent. perhaps.

## ARGVMENTVM.

Rimus incipit liber: in quo describirur a /  
p m̄enissimus disputationis locus: atq; con-  
sessus. Cōg., sūlatio redditā Virgini mul-  
sīcis numeris. Quid Socrates. Quid Zeno atq;  
Pythagoras de humana sapientia senserint. In  
ducuntur pleriq; uere et communi sententia sa-  
piētes. De Pauli apostoli diuinq; Hieronymi rap-  
tu permulta intercurrent et obiter. Triplex tā  
dem sapientia astruitur: et quā uere hominis sit  
palam deniq; fit .



Oelici illo Augusti dīe: quo alma  
dei mater et intacti fulgoris sere-  
nissima Virgo humanis a rebus  
sublata fuit in cælum: cum a no-  
bis mane exacta essent: quā virgi-  
ni honorī et congratulationi conuenerant mu-  
nusq; reliquum diuinum omne pie atq; perbel-  
le tractatū: pransi et Concanonici fratres: in pra-  
ta coniūcta cœnobio ad umbram pleriq; latissi-  
mi mi Seuerine diuertimus: et qua clivus in me-  
ridianum prospectat opacas subter olivas iucū/  
de consedimus: unde spectantibus hinc se aperit

A.1

uasta / et amœna planicies, inde se tollunt / par  
te aliqua blāda / parte aliquæ uero perq; horrida  
iuga supra Bænacum. Vbi fuere et in conspectu  
ample / superbæq; urbis Pomeria. Mœnia. Tec  
ta. Castella. Amphitheattu<sup>m</sup> infani quondam  
operis monimētum: et indicium claritudine pri  
sca urbis Veronæ profecto dignissimum. Præter  
fluens cum murmure Athesis: et urbem interse  
cans latissimo flexu ( dixerim et amœno ) ut in  
uerbo cum Marone conueniam: qui Athesim in  
quit propter amœnum ) Quibus uariis / et speci  
osissimis tractibus / atq; spectaculis quaq; diffu  
sis hilarescere facile / pulcherrimeq; onniū ocu  
li possent: quāq; Moles illa Theatri : quæ xterni  
tate quandā æmulatura uidebatur : magna nūc  
parte diruta / et squalentissima tota / miseratio /  
nem afferret oculis / et admoneret quantū labo  
rent / nutentq; mortalia / ac nisi diuinum / quic  
q; esse perpetuum. Eo igitur loci per dies octo  
Virginis sacros / constituto / locatoq; confessu /  
et delectis ad negotiū horis inter nos multa ( ut  
uidebis ) de sapientia disputata fuete: que totidē  
iþe in libellos retuli / atq; digessi: tux charitati ac  
uenerabili nomini Seuerine dicādos: qui studia  
et lucubratiunculas meas nullo merito tanti: sed  
zelo te nimio fallente fortasse / pergustati scmp

atq; probasti. At quidem initium diēs primis ita suscepit. Nam post paucula admodum uerba ui-  
cissim inter nos habita de demulcendis auribus  
cōceptum est cogitari: ad quod titilare animos ex  
adolescētioribus iūas parūper effecit libellū p/  
ferēs musicū: quē leua tenebat: ea uenustate / pla-  
neq; et uerecundia: quā decet adolescentē: qui p/  
pe qui ingenua indole surgat / primaq; imbuat  
sūb præceptore doctrina. Accūbebat quoq; her-  
bido aggerulo pxime isti ad rē musicā admodū  
aptus Valerius Facinus / filius quōdā meus atq;  
discipulus: sed uirtute nūc ea p̄ditus / atq; doctri-  
na ut ille mihi iam plane sit nō modica in domi-  
no gloria / percolendusq; magnopere: qui ut iu-  
nior ille mollem / et clarissimā uocē promebat:  
sic firmū pectus iste / et tonātissimū exagitabat.  
Astabat mediæ uocis et suauissimi guturis inter  
hos duos Nicolaus et Seraphin: q materna car  
mina simul / hymnosq; lētissimos i Virginis lau-  
dēt et plausum modulātes / ad lachrymas nos p/  
pe mouerūt: quos exaudiētes seorsum qui interā  
bulabat Cælsus prior / et Albertus Auātius ad re /  
sonum p̄perauere cōcētum ( habuere. n. uiri illi  
promptum ut ad cetera animum: ita quoq; idūl  
gentissimas aures huiusmodi cantibus ) quibus  
aduenientibus cum cōpissemus assurgere : non

passus Cælsus: manu fecit hunaniter ne quis aſſurget: sed salutati capite tantiū: coſſederūt hærentes humeris alter procerò Amigdali trunko omnibus præminentior. ſintos & alter oliux.

- IO.PHI  
LIP.
- Paulo uero post cū cantu u. remur expleti Io/anne philippus germanus mihi dulcissimus cœtreis præter Cælsum / meq; ſenior ( Illum. n. atate antecedo mensibus ſex ſupratiēnium) qua ſoleat deuota / piaq; mēte cœtum interpellare huic in modū eft oſlus. Si oculorun auriumq; uoluptati applauſum uiri patres ē ſatis: animis: ſi lobet: et blandiamur: qui aluntur ſapientia et rerū in xiāmarū pſcrutatione atq; noticia: quod Cælſus/ arq; ego cū pbaremus iſprinis / cœteri omnes ex uultu uisi ſunt expetiffe. Vide ipſe Age inquā o frater quid habes in prōpti: quod in mediū pro feras? Ille uero multa inquit de aſſumpta Virgi/ ne: que in diſputatōnē uenire pcomode uidebātur: heſterno ſub uesperi mecum fueram cōmenta/ tuſ: que in psalmodia antelucana iterlectus Hie/ ronymus / et ſuper prādio 20die magnus noster/ Aurelius enodarūt placide ac ſcīte adeo mihi: ut nihil iā plane in iis cōtatimis ſupſit: quod et uo/ bis ferme ſingalis puto coitngere: qui lectiones/ huiusmodi iſtas nō ſegniſ: atq; ego pcepisti te
- MAT/  
THAE/  
VS.
- IO.PH.

7

centesq; tenetis. Quam quidē ob rē: q̄q; nihil ha  
beo: unde conflari possit / deduciq; collatio: iter  
cateros tamen in doctior cōpī: ut inde martē accē  
derē. Qui cū animaduertā iam se corrugare ple  
rosq; / cogitabunq; contrahere : ex omnibus  
in Andreā Morandū me conuertā. virū sane acu  
tū natura / et litterarū p̄terea sacrarū / et huma /  
narū doctrina ornatū: atq; ēt circi cōgressū de  
trectare nō solitum. ( Erat uero ille ex xitate i cō  
sessu quintus / et uere qualis a fratre mēmoratus  
acer / et de multis in differendo p̄mptissimus )  
Qua de re in eo intenti omnes expetere uisi su  
mus/ut pro tempore aliquid induceret: qui obse  
quēs: ut facili / et suauī semp̄ est animo. Quoniā  
dixisti Philippe inquit tractus ut soles:nobilita /  
te animi tui / dandū esse aliquid animis: qui sola  
aluntur sapientia: atq; doctrina: quāto / quando  
impræmeditato mihi maius / aut melius nihil oc  
currit: quānam tua ista sapientia est: quā alit ani  
mos / de qua disputare digna fortasse res erit: ac  
certe pulcherrima! Ad quē germanus. Hęc una  
uirrus Andrea mihi plane esse uidetur: quā red /  
dit hominē quantū ei fas ē / deo fere simillimū :  
solo in homine / atq; angelo cadens: qua homo  
cateris animantibus pr̄stat : quam ēt diuinatū

ANDR.

IO.PH.

A.iii

humanarūq; rerū notionen esse definiunt: cu  
ius nomen ut speciosū: ita res ipsa: cū fructifera:  
**ANDR.** tū salutaris. At uero Morādus nihil ultra passus  
audire: sed manū caputq; agēs intētius: q; motus  
est sibi innatus: recre tu pate<sup>d</sup>ixisti ait sapientiā  
ab eruditis ita definiri latq; nobilitari: ut diuina  
rū humanarūq; rerū conseruotione: si rūq; iucun  
dissimilat ac salutifera: cui assertioni antehac ego  
quocq; sine cauillatione plene cōsensu quoniā ira  
simul et philosophi et uulgas ploquerētur: Sed  
nūc altius rem istā rimanri titubario mentē incel-  
lit virtutē hāc tantā ullus ne unq; sit assēcutus:  
quod siue dicarur siue minime: ut ringi uel calū-  
niā uel obscuritarē responsio sit habitura. Qua/  
re: si tu affīmaueris: ego negabo: et(ut puto) fat/  
**IO.PH.** cilius. Cur re Andrea hic scrupulus uexet: nō fat-  
sis perspicio retulit fratet. Nō multos legis publi-  
cis uocibus decantatos sapientes uereq; habitos?  
quibus indigenis suisq; cōciūibus: uarię grācie  
urbes nihil habēt insignius? Thaletē inq;. Pitta/  
cū. Biantē. Solonē. Cleobolū. Periandrū. Chilo/  
nem: et his additum Apollinis oraculo Socratē?  
**vii. sapien-** Qualis et in tota iudix appellatus ē Solomon?  
**tes.** er a nostris nostro hoc tēpore quisquis ita iuste:  
**Socrates.** impollute. scite. appositeq; in omni se ostētat ha  
**Solomon**

betq; negocio/atq; officio:ut quantum omnino  
humana uis potest in nullo deprehendatur errare?  
Quis nero:nisi excors:huiusmodi insignes ali  
quos non sapientes audacter/prompteq; iam di  
xerit? Nemine nos/dicturū assuerabo tū inquit  
Andreas:sì tales quēpiam usq; mihi es portectu  
rus:uerum enim uero diuinarū humanarūq; rei  
rum cognitionem:et ipsarum habitū expressisti  
Sapiētē tueri. At uero tu Philippe:qui supra ter  
tium/et sexagesimum uixisti annū:quē ex omni  
bus:quos agnouisti:aut etiā dilexisti unq; dabis  
mihi unū/excepto Iesu xpo domino/certo uero/  
que deo:qui diuinarū humanarūq; rerum noti  
tiam funditus capiat/aut capturus patetur in oē  
posterū tempus:nisi rursus oriatur mundo no  
ua aliqua soboles sanctior omni ariuitate atq;  
dignior:qua si expectāda sit:prudentiæ non exi  
guæ tuæ Philippe esto iudicium. Et enim uiden  
dum est quos et uulgus/et philosophi opinātur:  
et p̄dicant ut dixisti sapientes:q; docte / et quali  
adhibita ratione eos ipsos sic astruunt. Nā de te  
diuina si contēdamus:quante porro temeritatis  
est:dei arcana:qua xterna:qua infinita. qua et  
ab his sensibus:per quos intelligimus/atq; digno  
scimus abstracta/alienaq; sunt: hōinē putare/aut

ANDR.

A.iii

Socrates

assequi posse . aut tenere . aut quo quis modo pér/tingere ? Si et de hum anatū rerum cognitione ha/benda ē contentio : per quas naturalitū causas / et rationes puto accipiendas : Ex res pfecto omēs et si cōferri cū dignitate hominis nequeūt : quia homo superior illis est / proximā diuinitati indo/lem / naturāq; sortitus / et earum dominator cō/ditus : eas tamē ipsas nōdum cōprehensas ad me dulasq; libatas ab humano uidemus ingenio . Ab his igitur septē : qui Cyrrī temporib; florue/rūt : nihil porro habes o Philippe præter quasdā sententiolas / argutas / ad utilitatem humanae uitæ inuenias / et breuiter dictas . Quare nō partuo de inde spatio rēporis i teriecto magnæ prudētiæ exi/stimationisq; philosophus Socrates / et eū secuti Academici ueteres : de iis posse nēdicare sibi sciē/tiā desperantes : præstare cēluerunt partem eam philosophia : quæ morum esset : q; quæ naturæ cō/sectari . Neq; erubuit ex comſcientia Socrates : ne aut turpiter falleretur / aut improbe falleret : fate/ri de se illud igneū : quod ad omniū postea ora/pus sit Hoc tātū scioq; nihil scio : seq; totū / post habita/exibilataq; naturali doctrina omni / uitæ deuouere morali : quā primus : ut dicto Ciceronis blandissimo utar : e cælo deuocauit ad homines .

de fortitudine quotidie. de prudētia. de iustitia .  
 deq; aliis uirtutibus differens: quæ sola hominū  
 bona appellabat. Sic et Zenonē fecisse patet cō  
 stātissimū pfecto uirū / ac solēni doctrina / et lau  
 de philosophū: eiꝝ illo omnē turbā Stoicorū :  
 quorū ille extitit p̄iceps. Ita quoq; āteq; philoso  
 phix nomen teneremus et Pythagoras sensit / et  
 tradidit: qui hos ātecessit xitate. Siquidē cum ad  
 eius tēpora usq;/ qui se se doctrinæ / bonisq; arti  
 bus totos dedidissent: sapientes uocarentur: q;uis  
 plus quidē sapere putareſ Pythagoras: q; illi pri  
 ores: offensus tamen falso / et arroganti sapientis  
 nomine: q; certe putaret neminem esse sapientē:  
 cuī quxnā esset eius professio quæsitus fuisset :  
 se esse philosophum querenti respondit. Quod  
 qui quæsiuit ē admiratus / ut citra priorem iactā  
 tiā se Pythagoras non Sophou / hoc est sapiē  
 tem / sed philosophum mallet appellari. Nā phi  
 losophus inquisitor et amator sapientiæ est : ac  
 philosophia p̄prielatq; latine amor / et expētitio  
 sapiētiæ nō sapiētia dicitur: quæ appellatio: quo  
 niā quidē uera: incremētū abinde magnū / et  
 glorioſum tenuit semp / atq; seruauit. Hęc itaq;  
 pars: quæ ad res humanas et phisicas p̄tinēt si ha  
 beri exacte ab hoīe negr: ut tātorū philosopho /

Zeno:

Pythago  
ras.

Nota .

rum defendit auctoritas: q̄to potto eam minus:  
quæ diuina ē: homo assequi poterit: ab huma-  
nis distantem sensibus infinita proportiōe/inter/  
minataq; mensura? In tā aperta igitur ueritate  
(uelim nolim) flectri ad eos cogit: qui ab homi-  
ne non sapiētiā modo: sed humanam etiā sciē-  
tiā sustulerunt omnem. Necq; sane puto aliter  
abs te posse existimari his auditis res ipsa Philip-  
pe. Cui rursus ille morande te quæso inquit:  
Quæ ars ulla? quæ ue exercitatio est: quæ nō sciē-  
tia conseruit? Nā bonas ut artes præterea: aruorū  
cultum. militiam. fabrefactiū. lanatiā. coriari-  
am. tonsoriā. cæteraq; ad uitæ necessitatē et com-  
modum quæsita/atq; inuēta nemo iam tractat:  
nisi ea sciat et calleat. Neq; eorum peritiā arroga-  
re ullus sibi p̄sumit: qui non ante didicerit. unde  
illud ē uerum? Quod medicorum est/ promittunt  
medici tractat̄ fabrilia fabri: et Nauita de uētis:  
de tauris narrat atator. Quod ita cum sit: de his  
singulis ergo scientia. Certitudinem p̄terea/ac re-  
rum multarum ueritatem usus/expientiacq; adin-  
uenit: quod negabit nisi delitus. Etenim aquam  
humidā frigidāq;. Ignem contra calidū simul et  
siccū. Solis lumenq; defectus et motus/ac nimbo-  
rum et tempestatiū signa|non a phisicis modo/  
astronomisq;: sed ab agricultoribus etiā nautis quoq;

callo.

collecta sunt: multaq; id genus: quæ nisi sciant:  
 utiq; sit peundū. An tu ita anguste qdē sciam fi-  
 nis: ut nō iā nltro cōcedas: q hæc pīte apprimeq;  
<sup>Calleo</sup> callentq; sciētes: et q cū his, diuinū quippiā ple-  
 ne alteq; deprehēderint: ut esse deū: a quo opti-  
 mos: atq; benefico/ quicquid ē effluat/ et sine quo  
 esse nihil possit oīo: et qui eū ita agnitu/ atq; de/  
 prehēsū fide ac pietate/ qua maiore possūt exco/  
 lāt: nō hos quoq; sapiētes affeueres? Quāto ma-  
 gis qui religiosius/ atq; cōstantius eū uenerant̄ se  
 per/ et sitiūt illud dauiticū intra se gementes ma-  
 gno pē ac suspitātes Quēadmodū desyderat cer-  
 uus ad fōtes aquarū: ita desyderat aia mea ad te  
 deus. Sitiuit aia mea ad deū: fōtē uiuū q̄ do ue/  
 niā/ et appēbo āte faciē dei? Qui parētib⁹ simuli/  
 patria req̄oi dimissa/ atq; posthabita/ sobrii. celi-  
 bes. solitarii. clausi. et tāq; cāteris emortui curisi/  
 atq; negotiis se deo totos addixere? q̄ si nō quo-  
 que oēs istos cateruati i sapiētū catalogū admise-  
 rimus: obscurabūf tamen adeo rari illi: q̄ in oī ui-  
 tæ pte admirabiles extitere! et quorum mors fuit  
 gloria miraculis: ut ab sapiē limine penitus ex-  
 plodāt? Habuimus ex maphea tua familia cālse:  
 quē tu/ et Matthēus germāus hic meus egoq; ui-  
 dimus: Paulum patrem: cuius recordatōe: et no-  
 mine semper ornabimur / dum uiuet stabitque

D. mil.

Nota pau  
lū Maphe  
um.

Religio: quē quidē ego fērmē ambīgo inter cālestes nē spiritus an inter mortals aequius collocē: nē dū sapientē appellē: cui nē pēiro quid laudis unq; quid integratatis: qd honestatis: qd uirtutū cāterarū et sanctimoniz defur: quo minus in sapientum numero reponi debeat? Nam per omēs gradus eximiae sanctitatis iprīmis ire a tenetis cōspicit i charitate ī deum i atq; homines ardēns. humillimus non foris modo i sed re ipsa magis interiorius . impolluto affatim corpore : quin quoq; et virgo: ut a plurimis cōdūtum est: qui et legere quotidie. et orare. et flēre nō destituit. docere quoq; et predicare: cū locus exegisset: assiduus et fū i it. Quo in consulendo nem o prudentior: atq; fidelior. In exhortando efficacior. in consolando suauior. in commonendo benignior. in differendo clarior et admirabilior: cuius sciētia/ atq; doctrina infusa magis: q; quaesita i partaq; omnibus uideretur. Illi acceptissimus extitit suus aequalis i et eiusdem nominis Paulus ille Pergulanus: qui Venetiis insigni laude philosophiam / theologiām q; publico gymnasio tradebat. Ad eum uirile doctissimus i et ea tempestate illis in litteris pri ceps in nostrum s̄xpe charitatis cōenobium diner tebat. Subtilissimis simul illi de rebus cōferebāt:

copiose & labun  
dante.

virg. mas.

is scilicet: quas præsertim circa diuinam naturā  
theologi sudantes solēt inuestigare. notiones di  
co. processiones. attributa. operatōnes interiores  
dei / ac exteriores: et id genus grauiat atq; nōdo  
sa: dē quibus obſerūtati bus cum loquuntur cœ/  
teri: uix aliud: q̄ terminos colligis . Sed ea ista  
quoties nosser hic Paulus suscepisset: nō de scho  
la Scoti / aut Aquinatis eius sermo pendere Per  
gulano uidebatur: sed illum referre uisa / modo  
q; in terras ad nos descendisse a cœlestibus / ma/  
gnitudineq; diuina dicebat: quæ ſaxe cū lachry/  
mis oculisq; ſupiniſ proſequebaſ ſactus et ad gu/  
ſrum rei diuinæ molliſſimus ille. Quos uero ſen/  
ſus de prophetis: quam et dulcedinem de nume/  
ris David erueret mirabile creditu. Hunc pariter  
eloquio priuato / fandiq; lepore / ſiue grammati/  
ce / ſiue materne loqueretur nemo ſuperabat .

Qui et q̄ plurimas reliqt epiftolas / partim graues  
partim familiares : ut res tempusq; popoſcetar :  
quas hinc / atq; inde dispersas in corpus unū reu-  
cavit: perq; libtos discrevit diſcipulorum primus  
et eiusdem ſanguinis Timotheus: i quibus hoc  
maxime uno precellit omnes: quod nemo ex ani/  
mo magis quæ optauit uifus eſt dicere: quas si ei  
curæ fuiffet posteritati mandate : terxiſſetq; / et

modera

Martine.

Nota  
Cambiū  
Bossum.

Ieuigasset: ut facile poterat: nūihil haberemus cū eloquētia sanctius/atq; suauius: Quod non fecit ex cōscientiā modestia puto. Nā tā exactā et mul ti tēporis humillimus ille neglexit diligentia. Vi dentur. n. magis excussx aliquā repēte de phare trā/att manu pleniore quidē elapsx: q̄ rhetotica ulla studiosius opera expolitæ et laboratæ: quod si quādo faciēdū putauit: examuſſim effecit. De Cābio Boslo quoq; nostro q̄ta pie et maxime Ie su se mihi offerūt: qux uobis uti mihi nota præ tereo: clato qux tuo Matthæe frater epitaphio sunt celebrata: quod in eius. obitu sancto ad Se uerinū scripsisti: quod se ingessit mihi nuper ueluti sponte: cū epistolā legerē tuas: in quo sane ( ex fide loquor ) perlegēdo a lachrymis temperal re mihi uix potui admirabiliū huius uiri uirtutū dulcedine delinitus et motus. Multos his duob; quos retuli Paulo et Cābio pximos p omne pte ritū tēpus cōspeximus: et nunc quoq; tenere ple irosq; dīnīx beneficētāx dono: miserationeç lx tamur: quos pseq singulatim omēs: ut īpertinētis negotiū: sic et iactātioris leuitatis forsitan uideſ ref. Satis fuerit mihi Andrea hos tibi porrexisse nostros hoīes / meo semp iudicio: et cōmuni ( ut arbitror ) opinione sapiētes. Quod si sapiētia: ut enixius contēdisti: nulla adhuc tibi uideſ: aut ēt

12

Si ea existete putas: sed tanque exulantea te humana  
ne uel penétralibus abditis occulto in se ipa re  
gnatem nulli concedis: ingum bona cum uenia  
tecum Morande tanque cum infideli non duco:  
qui in humanis & uinisque litteris et sapienti  
am: et præditos sapientia tam sape nominari at  
tollique conspicio. Extat libri Solomonis: qui sub  
sapientiæ nomine in ecclesia ideo sancta catholi  
caque leguntur: quod in iis & que suscipitur aliud nihil  
atque tractatur: quod de doctrinæ: et sapientiæ laude:  
proque uiribus omnes ad eas capessendas certatim  
inuitantur. Horum pulcherrimus unus Prover  
bia sunt: ubi illud audis et legis. Nonquid nō sa  
pientia clamitat et prudentia dat uocem suam?  
Nam in summis uerticibus super uiam in medi  
is semitis stans iuxta portas ciuitatis. in ipsis fori  
bus loquitur dices Ad uos o uiri clamitro: et uox  
mea ad filios hominū. Accipite disciplinā et nō  
pecuniam. doctrinam magis: quod aurū eligit. Me  
llor est enim sapientia cunctis opibus. et omne de  
syderabile ei non potest comparari. Habetur et  
uolumen illud: quod alio nullo: quod sapientiæ titu  
lo prenotatur: quod Philoni hebræi attribuunt.  
Et ecclesiasticus: qui a Iesu Sirach æditus est: in  
quibus quoquo te uertis: nihil magis: quod discipli  
nam: quod peritiam: quod et sapientiam colligis. At ue

Nota.

xo in prophetarum oraculis / psalmorūq; carmi  
nibus quid passim aliud / nisi doctrina tibi occur  
rit / et sapientia loquitur / Sed quid deniq; clari  
us: q; quod de se profiteretur Apostolus Sapientiā  
loquimur inter perfectos. Nēmo non sapiens lo  
qui sapientiam potest: q; si Paulus loquitur: Ec  
ce tibi iam unum: quem extīssile sapientē neque  
as inficiari: alioquin mentitus uideatur: si se lo  
qui sapientiam inter perfectos non ueraciter di  
cat: quod de Paulo sentire ita ego possum: ut de

**ANDR.** ipso deo quidem horridum scelus. Tum Morā  
das ita sane nihil est: quod minus ego etiam pos  
sim: q; in sententiā quavis de re non transire /  
currereq; cum Paulo. et tecum Philippe quoq;  
quādiu quoties cū Paulo curris: sed uide a Pau  
lo longe non absis: cum te ei proxime putas. Sc̄p  
illud ipse cōterendam: quod iam asseueravi / argu  
mentisq; fulciui. Si uera / et infracta est sapiētiae  
definitio: sapientem esse ineminem excepto quē  
pralibauimus: præstaniissimo quidē deo / et eius  
unigenito Christo: Quoniam uero ad Paulum  
tu Philippe me rapis: quo nemo fere diuinior /  
deiq; pleniōr: puto / doq; tibi quatenus ita diui  
nus ille fuit / et dei plenus eum certe fuisse tū sa  
piētēm: qualis uero citra hoc fuerit sapiens nec

ne: hæsito equidem: quam hæsitationem ex ipsius  
auspicor raptu. Aduerte hic Philippe te quæsi.  
So. Scio hominē inquit nescio in corpore: an exi-  
tra corpus: deus scit. huiusmodi raptum usq; ad  
tertium cælum: inq; et paradisum: et arcana con-  
spicatum: quæ non licet homini loqui. Hic oratione  
iterum Paulum intente patumper obserua.  
Quædam se scire liquido profitetur se fuisse raptum  
uidelicet: et locum quoq;: quod est tertium  
cælum: et Paradisus. et hactenus hæc pace tua/pa-  
ter ad solidam sapientiam (quod docebo) non pri-  
tinent. Quædam pariter se fugere contestat ap-  
te: ut quæ inspexit arcana: de quibus loquendi co-  
pos minime manserit. Sic incertum se quoq; de  
modo uidendi nescientē ea ne intuitus in corpo-  
re: an extra corpus fuerit: sed deum scire. q; si pri-  
ma gloria doctorem / et orbis terræ magistrum ad  
tertium usq; cælum ita ineffabilitet raptū: et cui  
nouissime post omnes discipulos dominus in ter-  
ris uidendum manifeste se dedit: ignorate uide-  
mus diuina: quæ uiderat. et sapientia: ut ipse di-  
xisti: diuinorum est notio: si non definitionē ini-  
firmas: et uiolas: qua ratione plene sapientē Apo-  
stolum astrues: quibus ue coloribus finges? q; si  
non virum ita diuinum/cæteroruq; institutorem.

B.i

talem habeas: qualis requiritur ad diuinatū retū  
sapiētiam: quos amabo monstrabis alios dīgito:  
a quibus percepta diuina sint: quorū agnitione  
oportet ( ut diximus ( p̄d̄itum esse: qui euadat  
ad cognomen / et fastigiū sapientis? nostros ne  
forsitan: quos cōmemorasti: Paulum / et Cambi  
um: aut huiusmodi ullos? Ad h̄c frater leuiter  
subridens te quæsō inquit Andrea/ ne ultra: etiā  
si ioceris: sapiētiā polluas: sed progressum detor/  
que parūper a semita: et quæ de raptu Pauli cō/  
mōde enarrari queunt: me per deū pr̄t̄reas. Ap  
petibilia res s̄pē sunt ep̄ula: quæ parat̄: conqui  
sitæq; non fuerant: sed mēsa ex insperato ferun.  
tur: q̄ quæ ingenti cura et ambitione struuntur:  
et ut plerunq; quæ peregrino ex solo carpuntur:  
gratiōra sunt poma: ita in differendo ēt concina  
opportunaq; uatietas lepidiorē uim habet et cō  
dimētū. Qđ si intercurrentem rē istā clare diges  
seris: reor nec tunc fore difficile enucleare quod  
quærimus: rē uero īpam ex se nec indecorā / nec  
leuem. Īpe uero dū dixeris / cupidissime ego tibi  
studebo / sermonemq; ueluti historiā / tuū sine  
interpellatione: ut modo feci: sic semper accipiā.  
**NOTA.**

**ANDR.** Tum Morandus / quoniam de Paulo inquit / et

audire i et loqui i cum occatio incidit: tam auide  
 equidem i iucundeq; soleo: q; Paulus i cum doc  
 trina i tum meritis est omnibus in ecclesia clari i  
 or: nō recusarē hoc munus in pulcherrimo hoc:  
 quod nacti ocio sum us: si præter me alius nō isto  
 prato recumberet et doctior i et lōge præstatiōr.  
 Sed neq; nelim esurius ita uideri i ut omnia uo  
 rem solus: atq; liguriam. Quare hanc ego ueniā  
 deprecor ut cum dixerim ipse iam satis assurgat  
 aliis. Quod ex aetate atq; peritia Alberto conue  
 nire meo plane iudicio æquissime puto: Qui et i  
 Panlo quicq; noluit præterire iam dudum: quod  
 sibi familiare nō fecerit i ac prope uernaculū: ut  
 quoquo in sermone Paulus illi sit p̄sentissimus:  
 ceterisq; prælatus. Quare prebe te nobis Alber  
 te. Sic itaq; hortante Andrea ac suadente: mox  
 uniuersi: ut diceret: sunt illum aggressi: qui hilal  
 riter obsequens i ita cœpit. Mihi exoret Aposto  
 lus: ut quantum audi estis: tantū mihi quidē di  
 cere liceat Patres. Subinde nō satis mihi fuit in  
 quit cogitatione interdiū: animoq; uersare quæ  
 isto suo de raptu ab humanisq; secessu scri  
 bit Apostolus: nisi et quæsiерim: quæ subtilius  
 Theologi et ecclesiastici iterp̄ies digna cognitu

ALBE.

B.ii.

narrant . Sed imprimis reor nobis exquirendum  
quid intelligi uolumus / raptum cum dicimus :  
Quæ uis nominis sit . quæ descriptio : in quo ui-  
detur uel Paulus ipse titubasse : qui se cum raptū  
affirmet indubie : de modo subinferat nescio in  
corpo : an extra corpus . deus scit . Quod nihil  
absimile euenisce compertum est ceteris : qui ra-  
pti fuere nostro Hieronymo maxime : cuius in li-  
bello de modo uiuēdi deo ad Eustochium et so-  
rores a se composito ad iinguem ista sunt uerba :  
quæ puto ( si uos non piget ) memoriter me posse  
referre : quod facturus lētior sum : cum ecce uos  
nideam citato Hieronymo p̄pensiorē mihi ope-  
ram dare . Nam ut ī isip̄ictiam loquat uit ingt il-  
le sanctissimus ego homunculus sic abiectus / sic  
uialis in domo domini adhuc uiuēs in corpore an-  
gelorum choris s̄xpe interfui de corporeis per eb-  
domadas nihil sentiens . Sed diuinæ uisionis itni-  
tu post multorum forte dierum spacia / p̄scius fu-  
tutorum corpori redditus flebant . Quid ibi ma-  
nens fœlicitatis habebam . quid in enarrabilis de-  
lectationis sentiebā : testis est Trinitas ipsa : quam  
cernebam nescio quo intuitu . Testes sūt ipsi be-  
ati Spiritus : qui aderant : Testis est et conscientia  
mea quia tantis bonis ipse fruebar : quod / et qua-

Nota de  
Hierony-  
mo.

lia nescit proferre mollices corporis mei. Refrige  
cate animo singula uerba : q[uod] optimus deus est omni  
nino Hieronymus Paulus simillimus. Sed nostrā  
ad rē reuertamur: Definiti raptus meminisse mihi  
uideor: si non me recordatio fallit: qui ad hoc  
meditato non ueni: ut sit abstractio quādā ani  
mi/atq[ue] alleuatio per superiorem quidem uirtutē  
ad beatitudinem eam delibandam : quā eius: qui al  
leuatur: et rā pitur: facultatem excedit penitus/ at  
que naturam : cum abstractione interim a sensi  
bus corporis. Solui igitur ac separari intentione  
mirabili animam oportet a corpore: ut raptus ue  
re possit/ ac solide dici. Quā abstractio dum fit:  
neq[ue] eam satis abstractus comprehendit: adeo  
succumbit superiore sub ea uirtute natura: a qua  
tantus hic motus efficitur . Neq[ue] tamen ab ani  
ma usq[ue] adeo corpus deserit dixerim: ut exemptū  
stirpitus uita/ formaq[ue]/ intereat. Sed tanta est uis  
coniunctionis animi cum re diuina: et illius per  
specta cum gloria: ac tantus simul in rem amatā  
amoris astus: ut magis quidem ubi arripitur: et  
sublimis tollitur ita affectus animus uigeat: q[uod]  
ubi uiuiscat . Intentioni enim atque amori uni  
uersa concedunt: estque talis quisq[ue], qualia de-

Raptus  
quid.

Nota.

Nota.

No.

Cælum,  
Paradisus

Quid sit  
tertiū cælū

petit. Dum itaque eum in modum raptus su /  
pra se fertur: fit repete ea per momenta beatus:  
cui maxime rei clara / et plurima testimonia in  
prophetis / et psalmis sacræ litteræ ferunt : quæ  
prætermitto : ne longius dissèdamus a Paulo .  
Quid porro tertium iam sit cælum. Quid para/  
disus: quem nominat : cur postremo de inspec/  
tis loqui nequiverit q̄ breuiter possumus poti /  
us indagemur : quæ sane cura uti Philippe tibi:  
qui hoc differendum putas: atque rogasti : ita  
nobis reliquis non erit intempestiva / aut iniu /  
cunda fortasse : si satis eam ego expedire potue /  
ro . Per multa namque ab ueribus conquisita /  
enarrataque sunt de tertio huiusmodi cælo : sed  
ea liquidius / et copiosius expliata ab recenti /  
bus theologis nostris / ab Aquiliate præsertim /  
uiro ut gloria sanctitatis : ita solda / uariaḡ do /  
ctrina insigni atque mirabili . De tertio itaque  
cælo hi ferme oēs cōsentīunt: ut sermo: q̄ de illo  
fuscipit: partiri trifariā distinguiq; cōueniat: atq;  
ita imprimis: ut aliq; uere locus corporeus / soli  
dus / atq; tractabilis sit: idest cælū illud sūp̄mū/oī  
um vastissimū / cōtinētissimū / lucentissimūq;: qđ  
empyreum / hoc est igneum uocant: in quo cunc

torum cælitum domicilium est: et quæ fælicium  
 nunc animos demigrantes a corpore sublimis ex  
 cipit Regia: quod tertium idcirco ab Apostolo  
 est nuncupatum: quoniam eorum quidem pro  
 portione / atq; distantia: qui infimi cæli medii /  
 que subiiciuntur: situ/ atque natura sit ipsum su  
 premum . Nam horum infimum ē: quod subter  
 lunarem orbem continet elementa: in quo: cum  
 cæterarum rerum :tum hominum / atq; brutorum  
 rū generatiōes / et corruptiones iugesq; qualita  
 tum omniū uicissitudines / et uarietates fieri cō  
 spicimus . Secundū autē sperx illa omnes. quæ a  
 lunari globo usque ad empyreum pertinet . Ter  
 tiū uero ipsum empyreum ut diximus/ atq; sup  
 rum . Verum ut theologorū: quos citauimus:  
 uerbis proximius utar : empyreum sane respectu  
 celi aerei / cælicq; siderei/ aut equidem potius cō  
 patiōe celi stellati: cælicq; aquei / aut uero cristal  
 lini tertiu obrinet grādū: Atq; hæc ē cælo locali.  
 Alio uero sēsu tertiu hoc cælu accipi uolūt ex re  
 tū cognoscibiliū serie: quæ plane huīusmōi ē/ ut  
 primū/ atq; infimū / cælestiū corporū: et quæ in  
 iis est uisibilis machinæ omnis cognitio esse di  
 ca. Secundū sp̄ituālis naturæ : idest angelorū

Primū cæ  
lū locale.

Secundū.  
Tertium.

Alius sen  
sus.

Alius ite-  
rum

Notade  
Paradiso

plena comprehensio. Tertium immensi glorioſi  
que dei in maiestate ineffabili sua clarissimus  
felicissimusq; contutus. Gradus tris præterea  
addunt: quibus dei mirifica Beatitudo cognosci  
tur. Quorum primum ad minorem supernarū  
intelligentiarum Hierarchiam pertinere uolue-  
rūt: quasi in gradu primo isto locentur: qui tan-  
tum deo fruanrur: quantum primum angelorū  
fruitur agmen. Secundūm atque gradum ad hie-  
rarchiam medianam referentes: atque hos gemi-  
nos Paulum gradus excessisse et ad supremum  
ipsum: quod calum tertium intelligatur: subli-  
mius euasisse: adeo ut in perspicietate gloriae ma-  
gnitudinis Dei Tronorū. Cherubim. Seraphim/  
que: qui plenius re diuina beatantur persimilis fa-  
ctus sit ordini. Inquam tantæ feliitatis arcem  
adunis: et beatitudine ultima it affectus se  
quoq; in paradisum raptum pergat struere: ut  
per Paradisum inefabilis delectationis dulcedi-  
nem: qua carere potest nullo equidem modo: q;  
deo coniungitur: euidentissime profecto suade-  
at. Nam paradisum hortum pomiferum/ uel po-  
metum consitum interpretari solemus: quo bet-  
ne culto/ atque uernante nihil aspici solet specie

iucundius / ususque uberius . Effecit haec itaque tam  
ta uoluptatis / gaudiorumque complexio : ut patadi/  
sum tertio celo coniunxerit . His ita delibatis su/  
perest ut differamus enim redditio iterum deorsum  
in terras de cælestibus : quæ inspicerat : fari Apo/  
stolo nullo modo licuerit : quæ pars quemadmo/  
dum cætera etiam doctissimorum nostrorum ho/  
minum studium meruit / ac diligentiam . Quam  
obrem animaduerendum imprimis nobis illud  
est humanis sensibus / omnique naturæ presentē  
Dei maiestatem et gloriam / dum manet in cor/  
pore : inspectare esse omnino negatum : quoni/  
am inter alterutrum deum scilicet et creaturam  
indemensa utique et incoibilis est interiecta distan/  
tia . Tollatur ergo extra se / et a te omni penitus  
abducatur humana necesse est : qui uisurus ullo  
modo sit deum . Quare ad tantam qui uisione  
excedit : non in se quidem id habet unde deum  
inspiciat : sed diuino illi prælucente lumine fun/  
gitur : quod sane dum facit : eius specie / gloriaque  
perenni efficitur exacte beatus adeo nequit ab isto  
spicientia illius maiestatis æternæ beatitudine / diuina coniunctio .  
Dum itaque summis in corpore : ita corporati

Nota.

Modus in  
spiciendi  
Dei.

Nota.

Similitudi  
nes aptæ.

Nota .

ita impediti. ita graui semper offusi caligie pere  
grinamur a domino / ut inquit apostolus. Vnde  
et illud ad Moysem diuini oris oraculum Non  
me videbit homo / et uiuet : et illud in euange  
lio apud Ioannem Deum nemo uidit unq. uni  
genitus autem dei filius: qui ē ī sinu patris: ipse  
enarravit . Non humanæ igitur naturæ: ut dixi  
mus:ista res est: sed gratiæ. non huius sæculi: sed  
futuri . non mortalitatis: sed perenitatis in iis di  
co. quos prælegit sibi sanctos et imaculatos an  
te sæcula constituta architectus ipse / et mundi  
rector / et princeps gloriæ deus. Similitudinē de  
his sumere a senioribus uobis nihil concedite: q  
hebescente grauiter uisu adminicula uitrea / aut  
crystallina oculis adhiberis: qua quādiu admota  
sunt oculis uisionem / amota vero cæcūtiā  
faciunt. Similiter dici de iis equidem potest: qui  
navi feruntur quo nullus est terrestris accessus:  
et ad funem portus latissimorum fluminum tra  
niant: cæterisque itidem multis :qua negata pro  
fus sunt homini: nisi externis quatenus subnita  
tur auxiliis: unde quantum ipse reor illud est di  
ctum in psalmis in lumine tuo uidebitus lumen.  
Noxque sicut dies illuminabitur / et sicut tene-

bræ eius: ita et lumen eius. Dum itaq; has luteas  
 domos habitamus inferius / mediaq; tanquā sub  
 nocte uitam agimus in obscuris ceu uiatores per  
 agramus incognita. In patriam uero: municipiū  
 que cæleste: unde decerpti sumus: translati: ciues  
 que sanctorum / ac domestici dei effecti ; & terrena  
 tunc illa setenitate lustrabimur : et comprehen-  
 soties erimus ueritatis : neque specillis illis: ut an-  
 tediximus : adiunctis: sed per nos ipsos rem in se  
 ipsa diuinam sicuti est conspicabimur . Quam /  
 obrem noster iam Paulus impertita ei huiusmo-  
 di luce dum fuit in raptu / diuinam quidem ma-  
 iestatem et inscrutabilia illa arcana cælestia tan /  
 quam collucentibus illi quibusdam undiq; faci-  
 bus perspexit. collibauit . ac tenuit : cui corpori  
 reddito tanti luminis faces protinus extinere fue-  
 re: et quæ uiderat / funditus ita deleta : ut et noi  
 scendi / et de iis fandi dum uitam traxit inter hu-  
 mana: impos semper extiterit . Quæ res sane: ut  
 clarius atque tenacius animis hæreat : fabulabor  
 parūper medio ueluti circō barena ue spectan-  
 dus: non lascive ut Apuleius in Asino: sed can i-  
 dide: ut castis auribus uestris par sane esr. Dūca  
 tur in Cicum uel equus / uel Camellus uel

Nota .

Nota.

Similitu-  
do.

elephantus. Deus autem: cui nihil est factu non  
facile: horum unum mutet in hominem. aut con-  
tra homo ipse: ut Nabucdonosor quondam muta-  
tur in bouem. aut Atheon ut olim puer fabi-  
lo se legebam in ceruum. inque suum pationem  
Pythagoras. de quibus tamen fabellis non sit ul-  
terius inanis cunctatio. Sed qui a deo factus est  
in hominem sit elephantus: Porro cum natura  
et dignitatem humana acceperit: tum usu ra-  
tionis fruetur: tum et loquetur quidem: et ratio-  
cinabitur: et discurret. et compotet. ac dividet.  
Quin et presentia admirabitur. futura pre-  
cogitat. præterita seruabit: et quod est dignius: cre-  
atorem etiam deum agnoscer. coet. atque uete-  
bitur. demumque ea plura: quæ communia cui  
que sunt: qui uerus sit homo complebit. Postea  
uero quæ in his: quæ memoraui: tempus aliquod  
munere perfunctus erit humano qui et mutare/  
et subiicere sibi omnia potest deus hunc ipsum  
rursus in elephanti speciem / naturamque re- /  
ponat. Redditum ne ita sibi hoc mutum com-  
minisci / aut eloqui de humanis: in quibus fuer-  
at: poterit? Nihil per omnium fidem minus oī/  
no. Conclusa igitur et absoluta: ut mihi uide:  
t

omnis est ratio! cur patefacere Paulus arcana cælestia in carne non potuit: quæ per mutuatam illi gloriæ lucem spiritu animoq; percepereat: lucē i quā non quæ perennis esset: atq; perfecta et qua li beatissimæ in cœlo animæ exutæ corporibus si ne intemora fruuntur: sed non nisi manentem eo pro tempore: quo exanimatus quodāmodo fuit a corpore. Quare si hæc enarrata ē raptu Pauli sunt hactenus satis: cursum ad sapientiam dei nō uelaq; flectamus: et nun Paulus et qui eius sunt similes: doctrinæ plenissimi: et uirtute / sanctitateq; p̄clarí habendi sint sapientes: nec ne q̄stiam uestrum edoceat: et id quidem tā bilatiter: q̄ et ego prompte imperata subiui. Ad quem ego Nō te Alberte frustra desiderauimus. Expositam enim tā exacte. splendideq; let rationibus atq; figuris enarratam Pauli nisionem nobis reliquisti: ut a tuo fonte dulcissimo incēsa sitis magis nobis equidem sit: q̄ certe s̄edata. Verū mox ille ut tu Matthæe dicas. nō uero alios incites oīum expectatio/auiditasq; moratur: qui plerisq; nostrum ad hæc sane studia modo ducē / modo comitem: modo et auxiliatorem te s̄xe adhibuisti: et qui admodum præstas facilitate ex longo usu dicendi. Quæ ad uerba ego o Alberte inquā

MATT.

ALBER.

MATT.

ALBE.

( mihi credito ) ita uos admitor omnis i et ueneror: tanta et charitate complector: ut cum uos dīcentes exaudio: totum liniti ad pedes usque me sentiam: nedum oblectari quidem: a quibus plāne: ut in cæteris potiotibus: ita in eloquio etiam me video superari. qui et in iuniorib⁹ uobis me solor s̄a pe uehementer q̄ quātum senex īpē pa latim exinaniri me sentio: tantum fœlices īpi sur gatis. Quare ne me priues oro tāto isto solatio: qui uel tamen fortasse experiar quæ dicta et di sputata a uobis erunt posteritati transmittere: si mihi tantum auxiliatus dominus fuerit: quantū res ipsa poposcerit. Sed neq; desirā etiam quin colloquiar alio: si oportuerit loco: aut id mihi suggesterit incitatio spiritus. Tu tamen interim a re cœpta noli Alberte decedere: q̄ id inecū omnes cū affuerarēt Cælsus præserti: ille perexit his uerbis. Quæ multa Morandus acare est prose cutus / confutanda mihi forent diligenter impri mis: si tam ex animo / et conscientia ea ab eo dicta: q̄: cum oblectandi: tum periclitandi ingeni causa existimarem. Quod ita fuisse aperte īā video: cū sublibrico ocello / oreq; uenusto sub rideat. Sanari faciliter vulnera: et quas irroga uit sciētix / et sapiētia extergi calumnia queūt.

neque cauterium i neque nitrum est admouen i  
dum . Lxsiō summa cute i er summo clipeo de  
finitionis extenditur . saluum est caput . saluaq;  
præcordia . Si ab humanis cognitio i et sapiētia  
tollitur : necesse est ab homine humanitas tolli:  
et si nemo sapiēs : simus pecudes omnes . Immo  
uero nihil tam proprium i tamq; cognatum homi  
ni: q; quidem sapientia i atq; doctrina . Siqui  
dē naturā omnes: ut late ab Aristotele pater:sci i  
re desyderant: sentimusq; eam affectōnem in no  
bis omnes: quam luculentissime in officiis . M .  
Tullius expressit Omnes enim trahimur ad co  
gnitionem i et scientia cupiditatem: in qua exi  
cellere pulchrum putamus . Labi autem . errare.  
nescire . decipi . et malū et turpe dicimus . Illud  
quoque apud Satyrum est Nosse uolūt omnes:  
mercedem soltiere nemo: unde quidem ignora  
tio insipientiaq; profunda nō certe hominis: sed  
hominis est: quoniam homo nullo quidem modo i  
alio magis: q; in hoc differt a bruto . Comple  
per aliud quippiam i si iam potes: hominis nu  
meros i uim atq; naturam . Appende subtilius .  
calculaque ad minimum i si cognitionem ab  
eo i disciplināt i sapientiamque detraxeris:

Nota .

satget in forme cōrīntiū mōsttūm: et tānq̄ euul  
sis a stirpe tādīcībus intētibit humanitas: nobis  
que licebit deum prope conuincete: qui deluse  
rit homines /atq̄ fefellerit in psalmo pollicitus ī  
tellectum tibi dabo. et instruam te ī tua hac: qua  
gtadietis . Firmabo super te oculos meos . Noli  
te fieri sicut equus et mulus: quib⁹ non est itel  
lectus . Sed hāc intellectus pollicitatio quid quæ  
so aliad dici potest: q̄ lumen sapientiæ . sacratiū  
reattūq̄ doctrinæ /aut per sapientiam ad æternā  
glotiam uia: quæ aut profecto nūsq̄: aut in ho  
mine habitet est necesse: cum nullum præter ho  
minem animal uel ornare /uel adiuuare sapiētia  
possit . Quid deniq̄ nobis erit imaginis /similitu  
dinisq̄ cū deo: si cognitio /et sapiētia ab homine  
omnino sit relegata: nisi ex diis unū atq̄ numi  
nibus accepimus: quæ xgyptii insania capri colu  
ete /et quæ iocatus Iuuenalis progerita profanis  
eorum dixit in hortis . Sed nostra non ira insan  
unt tempora: ut ex metallo cochodrillus / aut ex  
Tarsō lapide Hibis / aut quodus aliud portetū  
ex argento /uel auro erigatur in deum: sed unus  
ubiq̄ sup̄mus: uetus crux teræq̄ effector excolit  
deus: et si in trinitate personarū / aliisq̄ permul  
tis: quæ colligūtur nisi per prædicationē / et fidē

Nota.

oberrent q̄ plurimi. Deniq̄ iam ferme intelligūt omnes et profitentur affatim diuinitatis p̄cipa-  
tionem / atq̄ indolem quandā animis hominū:  
oculis/ oribusq; insignitam/ atq̄ insculptam: qđ  
minime existimare nisi innato/ et insito quodā  
adminiculo cognitionis / et sapientie possent. Sa-  
pere igitur et intelligere est homini propriū: nō  
omnia: quod singularis ē dei: sed quantum ipsa  
mortalitas capit: quod his uerbis ad Romanos  
Apostolus sapienter expressit. Quod notum est  
dei manifestum ē in illis. Deus enim se manife-  
stauit. Inuisibilia enim dei per ea: quæ facta sūt:  
intellecta conspiciuntur: sempiterna quoq; virtus  
eius/ atq; diuinitas. Non p̄tereamus et illud quæ  
causa tanta extitit illi maximo: et p̄potenti deo.  
imo quæ tam immensa/ et auida charitas coniu-  
gandi sibi hominis/ p̄rebendiq; se illi uisibilem  
atq; affinem: qui si non est prædictus sapiētia: ni-  
hil ē alienus a brutis. ut enim unio ista potuit in-  
ter tam disparia/ absimiliaq; conflati /ut cœnum  
fuluo cōmiseri auro/ ut fōrdida ipfectaq; bxluia  
numini? Sed quoniā ita quidē erat / ut primum/  
et absolutissimum hominis munus nosse/ et sape-  
re esset/ et diuina etiam delibare pro modulo: id  
circo aggregauit illum sibi deus / et perpetuo uī-

Nota.

Nota.

Nota.

No.

C.i

culo nexuit: a quo pro captu sapiētia et agnitionis humanæ et agnoscet coli utique posset: qui et cum uerus eius cultor esset effectus: inde beatus emerget. Et quoniā dupli quoq; natura complexus: et tāq; fabrefactus utique ē altera spirituali intellectuque nobilitata: altera crassā / ac moribunda: assumpsit utrāque: ut in eum contē plans: qui ē uerus et integer in utraque natura / binaque substantia deus et hominis et foris posset humanitas nostra tota beati. Quæ tanta fœlicitas nō obuenisset homini tamē: nisi p ulti mam profecto iusticiā statuisset deus post Adx peccatum generi humano succutere Huc illud spectat quod ab exultantissima decantatur ecclesia . O certe necessarium Adx peccatum: qđ xpi motte deletur. O fœlix culpa: quæ zalem / ac tamē meruit redemptorem. Sed ne pluibus: q̄ quidē oporteat uerbis hoc pulcherrimi orii cōteramus: definitionē tādē ipsam explicemus: i quo totius rei sūma cardoq; uersaſ: quoniā si recte suināſ: statim fiet animus certitudinis plenus/ atq; cōstrā ix. Sit sapientia igitur diuinatū humanarūq; rerū: ut s̄xpe ac uere habitum est certa cognitio: et is sapiēs: q̄ eius habitu ita p̄ditus ē: ut diuina hu manaq; cognoscat q̄tū est mediocriter capax fa

cultas humana et qualiter ab iis: q adhuc agunt  
 in corpore: arripi possunt: non uero qualiter ne  
 mo ē asscutus/ aut assequetur: ut cēset Andreas  
 Definitione ita constituta nihil comodius super  
 est ad inueniēdā veritatis rationē: q̄ ut sapiētiam  
 mō distinguamus ne pplexo diutius ambigueq;  
 uagemur: Quæ triplex comp̄ta mihi sane uidet.  
 Imprimis ea: quæ infinita et æternigenita ē: qđ  
 Dei uerbū etiam dici rectissime potest: per quā  
 cōdidit sacula deus et condita omnia tueturi ac  
 moderatur: Altera: quā angeli dei et fœliciū ani  
 mæ alleuiatæ corporibus in caelestibus captāt: ad  
 quas hōines non pertingunt in uita: nisi gratia/  
 atque miraculo. Tertia illa deniq; ē: et quā mo  
 do querimus: quæ inter homines obuersatur/na  
 turæ magistratq; adiutrix: quam pro mensura  
 occulta cuiusq; Deus impertit hominibus: quē  
 admodum inquit Apostolus. Alii quidē per spi  
 ritum datur sermo sapientiæ. Alii autem sermo  
 scientiæ secundum eundem spiritū. At uero quæ  
 Dei/ et quæ caelestium est: ad nostros lares/focos/  
 q;: ut diximus rara descendit: Siquidem nihil  
 inter cælum /terrasque distantius. Nam si hæc  
 schola quæ aperta ēst deorsum hominibus:  
 per se æterna / diuinaque comprehenderet:

Nota.

Cii

iam essent homines certe beati: Quod quia fieri  
hic minime potest: miseratus nostram deus tan-  
dem inopiam / et cæcitatem: uenit ipse in terram  
ad homines in humāitatem uisibili ceu lux folgor  
que cælestis: qui ab oculis tanq; pulsa caligine / fi-  
dei omnes lumine collustraret / et per omniū uir-  
tutū exēpla : qux præbuit: patefaceret nobis iter  
in cælum . Quam uero humanam ēē docuimus;  
neq; explera suis partibus omuibus colligitur fa-  
cile/ ad illam iri impediēt ignauia/ aut detorquē  
te malicia: ut morandus ipse ante dissenserit : Sed  
tantum quisq; haurit: quātum se promit uel bo-  
nitas/ uel ardor humanus: aut perfusus deo se su-  
perat : cuius p̄fertim hoc iuter cætera maximum  
sapientiæ donum ē: nec ad nos aliter descēdit: q̄  
cateratum excellentiū caterua uirtutū: quarū rā-  
ta est p̄xiositas/ et in exhaustibus quidē magni-  
rudo atq; sublimitas : ut ad earum habitum quā-  
tūcūq; processerit etiā studiosissimus quisq;: nū  
q̄ tamen sic proxime accedet: quiin adhuc super-  
sit ad quod magis ac magis ille siemper anhelet.  
Quam sane ob rem: si ad sapientiæ uiscera / inti-  
masq; medulas penetrare haud satis ualide pos-  
sumus: at fūmam nihilominus cutē / squamasq;  
pulsa omni desidia lambere desuper anitamur;

Nota.

Nota.

Quod etiam ipsum ita exiguum mihi plane su-  
perare uidetur quicquid sibi proponit ut splendi-  
dum / atq; magnificentum ambicioſa hominum / ca-  
caq; ſtulticia. dico opes.libidies.honores.dignita-  
tes. et qđ magis stupe tulgi error . mittas . pile /  
os.coronas.sceptra.Quid enim tā omnino inter-  
ſe ſe contrarium / atque repugnaus: q sapientia/  
atq; insipientia/ratioq; et furor: cum alterum: ut  
est ſæpe iam dictum hominum/alterum propriū  
ſit bæluatum? Qui itaq; sapientiam tollūt: virtu-  
tes omnes :quæ ſola a sapientia: tum oruntur:  
tum diriguntur: uel ab humanis relegant: uel pr-  
ſus interimunt.Qui etiā non minus fluctua-  
bit omni in uita gerenda ſemp ſine sapientia qf  
que: q ſine ſidere et gubernaculo nauigās.Recte  
igitur consuluisse Lactantius mihi uidetur: ut et  
te ſcire oīa nullo qđē modo putes: quod Dei ſo-  
lius eſt: neq; oīa ignorare: quod ueruecis / et pecu-  
dis ſimilirer eſt.Haberি uero tertiam qddā: qđ  
propriū uere ſit hominis : ſcientiā cum ignorati-  
one turbatā / atq; cōmixtam. In quo nō tam So-  
crates: q Pythagoras iure laudādus: cum ille ſciē-  
tiā omnem prorsus euerterit: hic uerecūdius ſe-  
tiēs / atq; cōſultius ſe cōquisitorē/amatorēq; ſapiē-  
tix fassus ingenuo et moderato animo ſit.q quo

Nota.

Nota.

Nota.

No.

C.iii

Duplex  
sapiētia.

Nota .

Nota.

minus sapientem ostētandū se putauit: sed & mūlatorem sapiētiz tantum ne natus bestia uidetur eo magis sapiētis nomen emeruit. Satis ita que constat sapientiāscientiāque: quas expedit et noctes / atq; dies inuestigat/ et quetit humana cupiditas naturalisq; solertia: duas quidem habere partes. Vnam ita profundam/ et in se reconditam: ut arripere illam humano neq; studio/neq; diligentia possit aliquis: nisi celestis aut nisi certe quantum ad eum indulgentia / largitateq; diuinia descēderit. Alteram non super hominem : sed cōmunem/ et patulam: se secq; omnibus exhibentem: de qua ueluti de re nostra et ea sane optima atq; p̄cipua studiosius: atq; sacatius: q̄ d̄ altera quavis semper iis est cogitandū: qui uitam agunt e ratione/ atq; uirtute: quā deniq; omni uel loco/ uel tempore eisdem uoliti dux / atque magistra: quam sequantur: ante oculos est statuenda: inq; primis bonis collocanda . Nam ut ultimum/ et pessimum quidem malum insipientia : atq; stulticia ē: sic sapientia contra primū extat/ et maximum bonum: homini a diuina largitate porrectum: cuius quidem rei h̄ec una / et inconcussa ratio ē q̄ huius munus / atq; nobilis: ut ē s̄pē memoratum: imptimis habet diui-

na humanaq; cognoscete. deinde ut tuēda ea cō  
lēdaq; sint edocere . Tertiam uero laudem q; so  
la nunq; incedit : sed post eam tāq; pulcherrimū  
post uexillum pedisequarum comeat frequēs tur  
ba / ordoq; uirtutum . Iusticiam dico. temperati  
am. charitatem. patientiam. pietatem. religionē.  
castitatem. ueritatem: et a qua e contrario diffu  
git libido. insolentia. temeritas. ignorantia . stu  
titia. peruersitas. auaricia . ira. proditio . et cōte  
ræ animorum pestes: quæ quibus inhārent: agūt  
præcipites in furorem cæcum / et miserandum in  
teritum . Paulum itaq; nostrum: de quo habita  
multa iucūde: ut uisfra ex intentiōe: et opa: qnā  
patientissime mihi dedistis: sum uisus uidere: sēt  
per ego patres supra: nedum inter sapientes col  
locabo / ac uenerabor: et cum illo cæteros: quos p  
pter admirabilem uitæ sanctitatem / præcellētēq;  
doctrinam catholica mater ecclesia inter sanctos  
fælicissimosque cælestes gratissima rettulit / diui  
nisque honoribus decorauit . Secundo autem ho  
nore eos habebo: qui aut hos atringere / aut imi  
tari quanta ui possunt contendunt / atque desu /  
dāt . Qd: ut et iþe p̄stare uobiscū Patres deniq;  
possim o mihi aspiret et faueat xterna et prima.

et substantialis in trinitate sapientia Christus:  
vosque id mibi fraterna dilectione precamini.  
**CAELS.** Tum Cælsus his ita decursis / ut fessi nocturna  
vigilia / matutinisque obsequiis: et euocati ia tinti  
nabulo ad aliquarulum quieris abiremus edixit:  
et reliqua ut scrutaremur in crastinum est cohore  
tatus. Quare collatione dimissa, que uenerat quis  
que discessit alacrior.

FINIT.

DISPUTATIO.

PRI

M

A

2

MATTHAEI BOSSI VERONENSIS CA  
NÓNICI REGVLARIS AD SEVERI  
NVM CALCHVM CONCANO  
· NICVM ERVDITVM ET  
VENERANDVM DE  
INSTITVEN.  
DO.

SAPIENTIA ANIMO  
SECUNDVS INCIPIT LIBER.  
ARGUMENTVM.

O libro secundo earum rerum: de qbus  
crebra refricatio / collocutioque suscipi  
tur: fructus primū exprimitur. Item gra  
dus ad arcē sapiētiax primus sāctus ēē Dei timor  
ostēditur: Quo q uere p̄ditus est: contra aduersa  
omnia est semper infractus: Qui eatet: in ruinā  
semper est pronus / ac p̄ceps.

Adem postridie hora: eodēq; unde  
discessimus loco pulcherrime rursus  
noster istauratus ē cōetus: ubi præter  
adolescētiores quosdam musicis ma  
gis: q̄ litteris aptos: cæteri: iter quos  
pridie cōuenierat: affuere: quorū nemo ad conse  
dendum mouebatur: neq; inuitabatur a socio.

à deo exultantis naturæ opus / amorq; vagandi  
in girum placidissimi undique situs / admirandi  
que prospectus cuiusq; oculos irretiebat / men-  
tesque tenebat: donec ipse confessiones et reddi-  
tum ad ea: quæ intermissa fuerant disputanda  
hunc in modum / et uerba suasi . Vos ego patres  
pridiana congressione illectos: quæ præclara / et  
iucundissima omnibus extitit: prodisse huc ho-  
die puto / atque audius fortasse: q; heri propter  
incensam cupiditatem sciendi / et proficiendi ue-  
stram : in qua honesta / felicique dulcedine cō-  
sumptum a uobis omne ē tempus assidiue: quod  
diuinæ post ceremonias: et cætera egregia mune-  
ra: sine quibus religiosa uita not dicitur: studiis  
uobis licuit impertiri . et consilic id quidem / tal-  
tioneque æquissima. Nam bonias ipsa ingenii /  
et præstans uatiacq; doctrinæ noi exiguo labore /  
re / per uigiliisq; quæsita sine exercitatione / au-  
ditateq; / uel discendi quæ nescimus / uel traden-  
di alteri quæ cognoscimus / quid porro adiuuat /  
dum in nullam uelut sepulta se profert / aut cō/  
munem utilitatē / aut suum cōmodum / aut ho-  
nestam etiam laudem / Non fragrant suavia nisi  
attractata agitaraq; pigmenta: Nihil et prodest  
conditū / cū ualet iutiare: non eruere / et exercere

MATT.

Nota.

Nota.

25

thesaurum. Sed neq; ignis : quo nihil uigentius:  
dum occultus cinere pressusq; iacet: in usum ul-  
lum erumpit ardoremq; flauescit. Ita litterarum  
studia omnia. ita Organa. ita Tybiae. ita Bassi.  
ita Lyra. ita quicquid singulis in opificiis et arti-  
bus habetur excellens sine cōmemoratione / acti-  
tationeq; confessim abuolat aut certe laguescit.  
unde uerum est: quod nunc occurrit mihi pro i-  
uerbiu. Dum uō agis: dediscis. Quo circa que-  
rere. rogare. interpellare. disputare. deq; re littel-  
aria omni crebro conferre optimæ frugis inge-  
nia probauit magnopere semper / nostrosque ut  
faceret homines incitaui. unde Anaxagoras pla-  
ne uisus ē mihi dignus iure qui saperet: et sœcu-  
lorum memoria omniū laudatissimus uiueret:  
qui cum in re difficillima quapiam hæsitabuu-  
dus/ attractusque subsisteret: et obitus filii nunci-  
aretur interim illi: dissimulauit audire: ne filii  
desyderio forte permotus a re quæsita/ et fructu:  
quem sperauerat: animum et intentionem auer-  
teret. Quātū et admirabilior hac in laude prima  
philosophorū gloria Socrates? q; in cōspectu mor-  
te habēs ueneno iam illi porrecto ad ultimū usq;  
alitū de amītorū imortalitate disseruit iteramicoſ  
atque discipulos. Occurrit et mihi par pconiū

Nota.

Anaxago-  
ras.

Socrates.

**Cato Por-** meritus Portius Cato: qui prope senex latinās lit-  
**tius.** teras: gr̄cas uero iam senex perdidicit: et quæ in  
terdiu legiſſet: audiſſetq; cognitu digna uespere  
refricabat. Hęc ego pr̄lūſerim p̄rīo iſto cōſel-  
ſu: ut alacriores in eatis hunc campū pedēq; iā  
p̄ferat aliquis diuino fretus auxiliatq; his ani-  
matus exemplis. Sic me locuto ſublatiōres ceteri  
facti ab rumpere cōpere silentia urbanis cū iocis  
ac lepidis. sed ſigno dato silendi i metum in ger-  
**CAELS.** manum Io. Philippū protinus Celsus defixit in  
tuitam / et quoniam Martem p̄dīe ante omnes  
excuerat: ſic ut faceret modo eſt uehementer an-  
**IO.PHI.** nixus. Ad quem germanus tibi inquit o Celse:  
qui es inter nos maior: clatesq; do:trina p̄cipua:  
hęc imprimis res cōuenit. Heri q̄nſi ex tempore  
negocium coepit. hodie cōſulto: uocq; auspicio  
pergat. Itaq; omnem rūpe tu mōram: quod ne  
tardes expetere in te conuersi uicemur omnes.  
At uero primam irruptionem utraq; detrectan-  
te bonā reliqui deprecati ſūt ueniam: ſi quod ſe-  
niiores recuſarent: ipsi neq; p̄aſumerent. Verū  
**ANDR.** enim uero dū cætus per modiſtiā ita ſubſiſteret:  
en inquit Andreas Aptiſſime ſuccellura ref iſta  
mihi plane uidetur: ſi:ut ſolemus: i deliberādī ſ  
p̄edentib; reb; a Seniore d̄ quo quxraf: p̄poſitū

aliquid sit: et ex ordine/ atq; atate gradatim exte  
ri probent/ uel improbent qux maluerint singu/  
latim. Tum Valerius probas quod Andreas sua  
serat: fore inquit operepcium equidem reot/hor  
tofq; ut fiat: si res ut mihi: & que grata ē patrib  
uobis: ut qux officia/ et qux partes sint sapientis/  
non qualis adhuc nemo illuxit sacerulis: sed certe  
cōmunicis/ et mediae illius sapientiæ: qux cadit in  
homine: et de qua abūde heri collocuti fuimus:  
enodatius differat. Cui Celsus equidem uelim:  
qui istuc petisti ualeri: quot/ qualesq; partes: in q  
bus dñuidatur sapiētia: tu esse itelligis' nobis ape  
rias, duas ne illas ex definitiōe notissimas: an tri/  
fariā illam uelis partitionem sequi: cuius caput  
primum deum spectat. Alterum cælestes. Tertiū  
deniq; mortalium esse ē enarratū: an plures for  
tasse cōstituas. Acerrimo ex tuo ingenio/ atq; pe  
titia tu ista discerniro Cæse ille respondit: q siue  
duabus siue etiā pluribus partibus rem ipsam di  
stribuas: erit nihilominus: ut auguror: explicatio  
perutilis tua. Ad quæ deniq; Celsus effingenda  
mibi ē inquit sublimis aliqua dignitas/ et specta/  
bile specimen/ ceu imago/ et sapientiæ signū: cui  
ita formato/ ac constituto/ ornamenta/ cōdiciōes  
que nōnullæ: q divisiones magis cōuenire mibi

VALER.

CAELS.

VALER.

CAELS.

plane uidentur. Qd si David et Solomonum Regum alteri imprimis sanctissimo alteri prudenter credimus illi primum dandus erit comes: initioq; et ornamentum sanctus domini timor: sine quo custode fidissimoq; tutore nusq; haec omnino habitat virtus neq; uenit ad quemq; quo niam est hic timor ueniendi principium. Neq; enim in hominum eo modo se sapientia ingerit: quo putuerunt ipsi Philosophi. non ita plane: ut is vere Sapiens unq; qui posse ex seipso sapere duxerit: et a deo sapientiam non quasierit: cuius unius hoc certe bonum est: a quo profecto sunt bona maxima et optima cetera. Qui super quem inquit requiescit spiritus meus: nisi super humilem quietum et trementem uerba mea? Et perdam sapientiam sapientum: et prudentiam prudentem: eprobabo: ad quae et Apostolus adiicit sapientia mundi humanus stultitia est apud deum. Vulgareigitur inuenit appellanda sapientia minime fuerit: sed celeste. sed diuinum. sed et sanctissimum utique donum: quod ad illum nisi delabitur: cui timentibus humiliterque de se putanti Deus illud ad uitam et pietatem afflauerit. Quae gratia tanta quoties a Deo ad nos gratuito descedit inter septem illa dona: quae sancto diuinoque spiritui sunt attributa:

Nota.

Nota.

Quando  
donum

nomen equidem capit : Si in uero studio potius, ac labore sit parca: sola gaudet nuncupatio ne uitutis. Quantum igitur ego perspicio, quam cum et legens assūequor isto timore nihil est acceptius deo , nihil et homini futuro sapienti comodius: quem optauerim non meticulo sum / seruilemque duntaxat: Verum ingenuū . castum . legistimū: et omnino a charitate/humilitateque deduc tum. Nā pœnam meruere et nō amare iusticiam eo ipso in culpa ēque sic nullo modo discedit a ui cio: cui manet semper obnoxius quisque solo me tu a re turpi . nefariaque tenerunt/ quādo hoc scilicet peccatque peccare maller: quod abstinet: si posset ipse peccare. Neque accipi aliter omnino potest locus ille Ioānis: quē s̄epe habēmus in ore: Charitas foras pellit timorem/ quoniam pœnam timor habet: et quod etiam sine christiana quidem luce duo illi Poetæ : quos pubescentes audiebamus : expressissime mihi uidentur . Alter his uerbis Res est solliciti plena timoris amor , Alter oderunt peccare boni uitutis amore . Oderunt peccare mali formidine pœnæ . Sed : quod facile possumus: utrūque illustretur exemplis . Duo exhibeantur in medium Civitatum Domini . Legitimus unus i moribus /

Quando  
uitus.

Nota.

Duplex ti  
mor.

Aptissima  
Similitu  
do.

virtutibusq; clarissimus: qui suis se subditis præstet ciuilem, liberalem, et cōmodum, ad se nulli aditum prohibēs/miseris maxime oppressisq; potentia/aut lacestis iniuria: et qui primus quoq; iustis utatur legibus, curetq; præ omnibus sape  
x ipudentiaq; præcellere: cui desit deniq; nihil: quod pertineat ad principatus dignitatem/et ui  
ri optimi laudem. Alterum effingite huic pror  
sus absimilem: qui nouus ab iferis emerserit Ne  
ro: aut Phalatis/aut uero Mezentius aut si quis  
peior putatus ē unq;: quæ seuislma bestia/ne q  
dem homo suorum ciuium opes/et sanguinem  
hauriat, domos inceneret, omnia cruētet et laniet:  
quem odio etiam ipsa natura: nedum ciues: me  
rito habeat. Vtriq; sic subditi ciues et populi su  
is istis: quos diximus: Regibus/et dominis parēt:  
Sed animis/studiisq; longe disparibus, Nam pes  
simum illum per metum / atq; odium audiunt:  
dira illi omnia imp̄cantes ac suspirantes mala:  
et in eum quas possunt insidias iteindentes/ueue  
niscq; studentes: ut nudo nec latere: nec corpore  
quoque non loricato: sineque Stipatorum agmi  
ne tanq; publicus quidem hostis prodire exhibe  
re que se audeat. Alterum uero studiosum/er mi  
tem atque omnium ueluti patrem studio charita

tis/atq; pudoris obseruant. uenerantur. ac colunt:  
 qui ut uiuat fortunatissimus / ac supra ualitudi  
 nem omnem incolumis præcibus quisq; uotis/la  
 chrymisq; precatur. Qui idem tandem cum ex/  
 tremis uitæ concedit: orbatis ciuibus tale postre/  
 mi amoris desyderium de se relinquit ut illud so/  
 latia longa uix nulla possint extinguere. Vtrūq;  
 p̄senti ætate ita oculis omnium latissime patuit:  
 ut opus non sit antiquitatis exempla historiarū  
 monumentis comprehensa/referre: nisi memoras  
 tu illud et laude diuina dignum sit: quod nunc  
 meminit/et inspexit omnis Italia immaniū Tyrā  
 norū alios miserabilē interemptos. alios patria  
 pulsos / alios gratissimo bello attritos/ ac dener  
 uatos .alios iam uictores et insolenter elatos / re  
 troflante fortuna dito bello trucidatos/repulsos/  
 et captos ita turgida deus cum tempus est fran  
 git et reddit inania.sed ut ad timores: de quibus  
 agitur redeamus. Horum itaq; populorum filia  
 lis unus. Zelotypus. et sanctus est timor. Alter ser  
 uilis.coactus.maleq; uolētissimus. Amor primū  
 seruit/atq; ingenerat. Pœna alterum parit/er hor  
 ret cum peperit. Sed age Quæ explicata de timo  
 ribus ita iam sunt ad deum nostrum træsferamus  
 qui in tota certe natura primum extat / atq; ulti

Nota.

D.i.

Optimus  
timor .

Timor in  
Chtisto .

mūm bonum: et a quo quicquid cætera habet in se boni decerpserūt prolsus ac delibarūt. Peruer sitatem dico : et scelus equidem esse quoties illū seruiliter metuamus: quod non grati sane homi nis rationisq; utentis esse potest: sed inertiis mā cipiī iumentiq; miserimi: q sine fuste : et stimulo non se agit ad gressum. Etenim timor ille sanctus: et eius: quam querimus: sapientia caput nos non tam cogit metuere supplicia irroganda peci cantibus: et potentissimam ultoris dei manū ex horrescere: q̄ ne iusti : et pii animi officiū desera mus: et patrem illum deum : ac dominum: qui ē supra omnem bonitatem optimus : supra omnē sanctitatem sanctissimus. supra omnem pulchritudinem pulcherrimus . supra uirtutem omnem potentissimus. et supra deniq; sapientiam uniuersam solus sapientissimus: offendamus: Quo gra uiissimo scelere excidamus a gratia/ et aeterno illo impermutabiliq; bono amissō eum reprobis angelis perpetuam dedamur in mortem . Quiquis igitur timore isto: qui pius et sanctus est uere erit affectus: sapientiam illam beatam : de qua sermo nunc ē: non coi parabit sibi modo: uerum neq; ab eo unq; aberit afflatus spiritus sancti:cuius donum magnum / ac fœlicissimum hic timor equi

dēm est. cuius etiam nēc indigne anima beatissima Christi repleta ineffabiliter fuit: er alma / ac splendidissima illius Mater / quemadmodum de Christo Esaias. De tūrgine uero Gabriel ante p̄ dixerāt . Prætetire neq; possuni quātum sane to boris / ac fortitudinis uirtuti humanae afferat hic uerus et candidus timor. impeccabilis . incōcussibilis. inexpugnabilis penitus est / ac per aduersari et blāda æqualis sibi / ac semper inuictus: ut qui deum timuerit: iam terrores / pœnasq; uniuersas nō metuat. nullis illecebris ab officio / iusticiaq; discedat. Proponātur opes. dignitates. libidines. honores. potentia . et quicquid blanditur inter humana . Proferantur dira æque / ac terribilia omnia: et quæ tam excogitari: q̄ inueniri possunt indigna . Colluctentur cum sacro / fœlicijs isto timore: Illa blanda pelliciant . hæc dira extre / ant . hic unus timor infractus uel omnia mittet sub iugum / et triumphum aget : uel coget exhibita facessere ipso regnante ita leuia/ atque infirma contra eum sunt quæ produximus : cum blandientia : tum absterrentia : quæ imminere possunt uniuersa: quod probare tam fauentis facilitatis et copiæ utiq; est : ut nulla iam res

Timor in  
uictus.

D.ii

Nota.

No.

sit uel minus obscura uel magis certe probabilis;  
nihilq; agnoscat in rebus: qui hoc non agnoue-  
rit. Spectata est enim ueritas ista oculis ipsis orbe  
iam toto qđiu in martyres sanctos tyrānorū fu-  
ror incanduit: Nam enumerare pro christo neca-  
tos impauide: prope infinitatis: nē quidem mul-  
titudinis est. Non ita per id temporis ferarum be-  
stiarum lanistæ frequentes fuerūt: ut imanes in  
animas christianorum catnifices: nō tam in cō-  
pitis cruenta macella: qđ execrabilis ausa: et carni-  
ficinæ sanguinentium Imperatorum: ac pr̄sidum:  
de quibus riuorum instar beati inundationes sā-  
guinis: ipsis etiam stupentibus impietatis mini-  
stris erupere effusissime. Quis recensebit pro te  
optime Iesu obtrūcatos gladio: conto traiectos:  
stilis terebratos: membratim sectos: fluminibus  
mersos: igni crematos: bestiis projectos: passillis  
suffixos: equis disserpitos: bigis raptatos: rotis in  
textos: cruce distentos: Taceo carceres. taceo uincula.  
torturas flagella. squalores. temebras. et hu-  
iusmodi cætera tormentorum atq; inequitiae ma-  
chinamenta: quorum uix generali medium singu-  
lorum qđem nomina potuit quisq; satis explica-  
re unq;: Visunt adhuc specus: et tumba: beatorū  
corporū plenæ: et suave olētia ossa: uisuntur et

innumera ea loca: quæ palmæ/et martyrum pu  
 tei nuncupantur/enerationiq; habetur. Visun  
 tur/templisq; sacrâtur:quæ servari ueterno sa po  
 tuere tantæ crudelitatis/et necis instrumenta cō  
 pedes/manicæ/cathenæ.pôdera.pectines. crates.  
 exteraq; id genus infanda / ac perhorreda. Quæ  
 fabricamenta dolorum/atq; nequitia loq si pos  
 sent.inclamitarent se uicta a beato illo timore :  
 qui ne deum laderet:perpessus hæc omnia /com  
 meruit nulla posse sœuicia lædi:uimq; eam diui  
 nam accipere :quam nobis dauid pollicet i psal  
 mis. Misericordia autem domini ab æterno et us  
 que in æternum super timētes eum:et tāto inter  
 dolores et lachrymas leuari solatio :ut acerbitatē  
 mœroris/et pœnæ dulcedo diuini timoris euince  
 ret :de quo etiam uerum est illud sanctis in litte  
 ris timor domini sicut paradisus benedictionis .  
 Et timēti deum non occurrit mala:sed in quaſ  
 fatione Deus illum liberabit:cuius rei pleni quo  
 niā sunt sacri sermones:ut facta ante oculos qua  
 si teneamus:et p se res ipsa loquatur: prolixiore  
 cōmemorationem omitto/atq; ptero. Et enim  
 cui obscurum ēē potest:quē laderet culpa grauiſ  
 sima est:ne laderatur magis esse curandum/atq; ti  
 mendū:q; cuius ē laſio leuior/uiq; naturæ effici

Nota.

D. iii.

cū potiora timores si fiat cōpatiō inter utraq;  
viliorā ne timeas; aut eorum timorem: si urgens  
et improbus incesserit: uincas facile tamen! atq;  
suppedites? Hęc enim ita cum sint: quæso ut in  
seri in cuiuspiam animo sapiētia poterit: qui uel  
ingratus et arrogans uel delirus et uelanus maie  
statis diuinæ sublimitatem in genus hominum  
ita piam. ita beneficam. ita et in se ipsa mirabile  
non deteatur/ et patueat? cuius beneficio primum  
in lucem redditus. spirat. cognoscit. sapit. intelligit.  
diuinitatemq; participat? Quod si quis rationa  
lem se dememinit. si frontem/ ruboreq;. omnem  
prostituit: cum dedecore moneatur abrutis. Nā  
Tigris. Leenaq;: quibus inter feras nihil imma  
nius: si in manu hominum uenerim: a quibus  
aluntur: atq; curantur: educatores/ magistrosque  
uerentur: et audiunt et ad eorum amorem se  
se conuertunt. quos alioquin discerperet/ crudos  
que uorarent: Domat et ad immens. a onera/ p̄tæ  
liorūq; pericula Elephātorū feritate: m per cibū /  
et blandimenta: timoreque et continet magistro  
rum solertia. Quid quadrupedia nobiscum ani  
malia super terram agentia? Nihil natat in toto  
mari uelocius: petulantiusq; delphinibus ut salie  
tes plerūq; sublime se tollat supra narium uela.

Mulcetur tamē obsequiis/ et illecebris hominū;  
teneturq; maxime cātib; tybiarū; et Simphonix.  
Horum unū octauiano Augusto Principe puer  
fragmentis panis allexisse scribitur Idq; rādiu fa  
citasse : ut hunc bālua insidentem sibi q̄sāpissi  
mē a Baiano littore Puteolos usq; puererit : ab  
aculeatis/ et incidētibus dorsi spinis illæsum . Ali  
us huinsmodi ab Hyponensibus pastu mansue  
factus / ipositos quoq; frequenter gestauit. Quæ  
clara ueritas tandem poetas incitauit Arionē fin  
gere freno instar equorum p maria obequitasse  
delphines: uirgaq; quocūq; maluerit agirassem: et  
nos: q deū habeamus datorē uitæ et xternū in cæ  
lo patrē maximūq; et unicū p oībus bonū confi  
gurati dignatiōe inscrutabili sua claritati / et ima  
gini eius futuriq; caelestes: si fœlicitati ipsi non in  
uiderimus nostrā: eūdē ipsum tāris de causis nō  
ueneratōni/ pauoriq; habebimus? Denique habi  
ta ratiōe imbecillitatis humanaꝝ: quæ fluctuat sē  
per/ et vacillat instabilis: estq; oī momēto a seip̄a  
dissimilis: et oppugnatoris ueteratorisq; diaboli  
fraudes expti: et mūdi simul blādiētis ī mortē p̄sti  
giis sxpe decepti: p̄positis ēt nobis uō paucis eorū  
exēplis: q sibi nō p̄metuētes piere: poterimus: ī no  
bis si sēsus ē ullus: tāta undiq; circūfusa pericula

D.iii.

totq; salutis naufragia impavidū præterire? ut nō  
semper metuamus offendere a lege decidere? sū  
mo bono priuari? extremū in malū prolabi? Ti  
meo ad Chorinthios scribit Apostolus/ ne sicut  
serpēs seduxit euā astutia sua : ita cornūpanē sen  
sus nestri et excidant a simplicitate: quæ ē in xp̄o  
Iesu. Cecidit a sanctitate David, cecidit a sapien  
tia Solomon, cecidit a fortitudine Sanson. Ceci  
dit et ab alto apostolatus fastigio de charis/ selec  
tioribusq;. xii. unus dei/ et magistri sui pditor Iu  
das/ et iteremptor sui ipsius deniq; miser. Sed qd  
huiusmodi casus/ ruinasq; cōmemoro: de qb; tā  
ta copia se mihi offert: ut eam si p̄leq; uelim dies  
mihi prius: q̄ numerus sit defututus: quādo quo  
que: qd̄ calamitosius/ atq; indignius ē: ab īnocē  
tia corruerint ante: q̄ mala uidissent pgenitores  
hōinū primi Adā/ et Eua / et cum iis primogeni  
tus Chaim? qua prima labe insequens posteritas  
omnisi infecta cōtabuit: quādo et i Angelis celi  
ad cōspirationē usq; ē inuēta temeritatis atq;  
libido: q̄ si retrospicimus ad omne pteritum tps eo  
rū: q̄ nō sibi timuere piere q̄ plurimi: sed de pa  
uidis corruisse neq; uidi/ neq; legi quiēq;. Quare  
ut prima sapiētia i Dei timore positā ē: in eodē  
ita putauerim inter uitæ discrimina / mūdīq; fra

Nota.

No.

grotes in cōcussam securitatē cōstāre. Erit itaq̄i  
 ut abunde me dixisse iā puto : apud nos peritos  
 maxime caput humanae sapientia: humanæq; sa  
 lutis candidus erga deū et legitimus timor, nō ue  
 reri contra aut paruifacere sanctū eius/ et terribi  
 le nomen : gurges erit ignoratiæ abissusq; stulti  
 cix: et in baratum deniq; metsio. Quæ uobis si es  
 se ita uidentur / repudiūque nō habēt a ueritate  
 tatiōeque syncera: hactenus me hodie dixisse suf  
 fecerit: Nā suscepta sabbato agi breuiter cōstue  
 te. Longior in crastinū q; dies p̄cipiuus religione  
 atque decorus ē Deo sermo te Matthæ manet /  
 atque desyderat . Ast ego ne in obsequētior om  
 ni choro pulcherrimo/ atque intento uiderer : et  
 cū Themistocle fortasse ridēdus: qui oblatam in  
 epulis lyrā cū recusasset ē idoctor habitus: ut Ci  
 cero in q; me ecce in q; o Cælse: quē ānuisse / cū  
 omnibus placuisset: me redire paratū/ et interim  
 esse fœlice m affectauere illi atque iussere.

F I N I T.  
 S E C V N D A C O L  
 LATI O

EIVSDEM MATTHAEI  
DE INSTITVENDO SAPIENTIA  
ANIMO LIBER  
TERTIVS  
ARGVMENTVM.

Vnde bonitas coniugi cū sapientia debet:  
q quādo qdem nemo sapiens esse potest: q  
non idem sit bonus .cōtra nemo bonus:  
qui non et sapiens. Et q̄ uera sapiētia ad  
Deū cognoscendum/atque colendum imptimis  
hominem dicit:actus quoque humanos mode  
ratur et dirigit. Et q̄ lux animi est: sine qua tā  
q̄ caligine offusa omnis est uita. Et q̄ hāc perfe  
ctam et plenam intulit Christus : Vnde Philoso  
phi : quibus christiana nō illuxit scelicitas : sūt  
uagati per tenebras/erroresque pueriliter. Et q̄  
beatum tandem hominem uera sapientia efficit.  
Denique q̄ sapientia ppter honorem: qui ei ex  
hibetur : optat sibi comitem bonitatem.

t Ertius: qui nobis successit: festus fu  
it ille dies Seuerine: quem appellat  
Dominicū uulgis: quoniam triūpho  
resurrectionis saceriac solēnis est do  
mino: in quo ad rem ecclesiasticam  
ex more percipiendam ascenderunt ab urbe ad

nos mane hora prope iam terria Nicolaus Guā  
 terus: et Honofrius Bredus: ciuili disciplina: et iu  
 ris laude nostra in ciuitate præstares: familiares  
 que admodum mihi: qui me cū salutassent / de  
 xtrasq; dedissent: comiter ad eos Quid uos inq  
 uitorum optimi huc Illi uero ut diffugeremus  
 quæ committūtur Veronæ spectacula: Voluptas  
 quoque legendi ea Epigrāmata: qvibꝫ ornasti q  
 tuor: claustrales porticus per singulas fornicū fa  
 cies nos etiam traxit: quod facere sumus persæpe  
 meditati una cū Adeodato Broilo: sororio tuo:  
 ut iucundiores tibi essemus: si nobiscum agno  
 sceres aliquid tantopere tuum. Tū ego nihil iq  
 admiror. Fuisis enim semper inexplicibili studio/  
 atque aviditate ad omne genus doctrinæ et lau  
 dis icensi curastisque pullulātia oīa: quæ in litte  
 ris putaretis cognitu digna agnoscere. Atque af  
 foret o utinā meus Adeodatus. Gauderem pluri  
 bus simul ornamentis beniuolentia: et necessitu  
 dinis nostræ. Sed p̄sentē Adeodati: iacturā dilecti  
 onis erit uestræ istaurare auctiore successu. Nūc  
 uero: qd̄ cupitis: lustrate isras iterim porticus ī q  
 bus si uos aliquid fortassis offenderit: oro mihi  
 pdere amice: atq; beniuole ne dissimuletis. E re  
 quidem mea putabo castigari cēsura peritissima/

MATT.  
NI. HO.

MATT.

Nota.

ac fidelissima uestra: nihilq; dati obseqo: quod  
sepe est in benivolentiis pestilens. Ipse uero dū  
a uobis ista legentur: quod accurate fieri cūpio:  
relicquum rei sacra obibo in templo / atq; expedi  
am: ocislimq; inde reuertar / uestrum acceptu  
rus securusq; de re tota iudicium. Ad quos cū  
rediissem/ut dixeram/applausere mihi benigne  
suauissimi illi/ac modestissimi/referentes ab Epi  
grāmatibus solēniq; pictura incredibili deuotio  
ne attractos fuisse atque permotos: quod indica  
re facile oculi / uultusq; uidebantur. Porro inter  
hęc ad prandium tintinabulo conuocati paula  
tim cum pergeremus: cœpi ego ita iocari. Vos ad  
olus/binaque oua paululo addito casei mēsa ho  
die liberalis excipiet / de macello / altero ue adi  
pe nihil porrectura. Nouerant quippe illi tamen  
non apponi nobis ad esum carnel nisi ægrotanti  
bus / et quibus grauis et fracta senectus est uelu  
ti morbus. Quare subridentes illii lepide retule  
runt Pythagorici sumus o Matthiae Macello et  
fabis perq; facile parcentes/olitorūque uireta in  
uisentes sepe: Lanistarum uero carnificinas fe  
re nunquam . De te. N. uide ac cogita. nos par  
uo contenti. Miserima ea profecto uoluptas fu  
erit: qux gulæ / uentriique deseruit. Conuiualis

Lepide.

NI.HO.

Nota.

enim læticia / atq; iucunditas nullo modo posita  
 est in escarum / et compotationum luxu: sed in  
 ciborum castimonia/ sermonūq; dulcedine. Vos  
 uero Dei cultores sacratoresq; ministri sanctissi-  
 mum pro sermonibus Dei uerbum sub silentio  
 audiendum longe præstare animaduertistis: qd  
 pe qd plus & quo laxantur sæpe inter cōmēsales/  
 et illos etiam ingenuos latq; prudentes inter collo  
 quia excitata hilaritate potionum/largitateq; ci-  
 borum: quibus parcí minus ab coepulatibus col-  
 loquio libero solet. Quare et reprehensa sæpe/et  
 cohibita legibus fuere priscorum conuiua: in q-  
 bus temporis nimium p dñitina spatia absume-  
 retur. Sed o beate uos instituti : qui ita distincta  
 ocialnegociaq; tenetis: ut in quotidianā re ue-  
 stra nihil porro nimis:nihil parum haberi uidea-  
 tur. Sumetur itaque a nobis hodie multo sapidi-  
 us ore silenti lectio: qd fercula ipsa palato. Quibz  
 ita prælusis ingressi suimus cōmune triclinium:  
 ubi donec ē sumpta refectione quisque conticuit:  
 Qua quidem exacta deambulatum tantisper est  
 simul dum signum disputationis innotuit: ad  
 quod ipse tñire cum cœpisset ad congressum in  
 quā cōdisputationemq; citamur. Vobis uero qd  
 operis interim? Qui dixere. Quis libenter uos

MATT.

NI.HO.

MATT.

audire non gestiat ? Quare / nisi forte molestos  
nos ducitis: adesse percupimus. Tum Calsus nō  
modo uos adesse: sed ludo præsse letabimur: ui  
ros sane et studiis iisdē / et diuturnitate beniuolē  
tia / ac charitatis nobis coniunctos. Itū est itaq;  
confessum ab omnibus ubi antea biduo. Atque  
ita silentibus exteris quæ heri et nudius tertius  
habita fuerant carptim / cursimq; quantum id  
potui propter duos hos : qui noui aderant: ipse  
recensui: rogitans enixius ut ad nostras perscruta  
tiones recens illi aliquid adderent siue sacrum si  
ue civile / sua doctrina / et ingeniis splēdidissimis  
dignum: quod ante tempus se requiri dicentes /  
modestissimi recusarunt. Sicq; Cn canoniciis no  
bis res tota atq; integra mansit: sntq; omnes fer  
me precari: ut ego hesterna ex file prosequerer /  
suscepta aut narratione perpetu: / aut tem agen  
do socratice crebra cum interpolatione ac repu  
gnātia quoties inde lucidius erui ueritas posset:  
Qui tam beniuole plane deuictus / sic equidem  
cœpi . Cum hodie interpellendum illud nobis  
insonuit / Bonitatem / et disciplinam / et scienti  
am doce me : uisa sunt ea mihi uerba ad sapien  
tiam : quam querimas : pertinere magnopere :

et ad hoc propheta orationem istam suam dire  
 xisse præsettum / neque incōsiderate id quidem /  
 uel temere. Nam ut potest quis et bonus / et disci  
 plinabilis / et doctus esse: qui idem sapiens non  
 sit / immo uero tanti etiam per se est pondus / et  
 ratio solius bonitatis: ut si bonum uirum tantū  
 mihi proponas / aut nomines: eum profecto eru  
 bescam negare sapientem / non etiam reuerear  
 ac excolam. Conuerti igitur / exdemq; esse diuer  
 so sub nomine porro mihi uidentur bonitas / et  
 sapientia adeo: ut nemo sapiēs: qui non bonus .  
 et nemo bonus: qui non et sapiens. Quare ne er  
 remus circa ueram / absolutamq; sapietiam: quē  
 admodum dictum est a Cælso nostro de Timo  
 re: qui ad illam exposcitur: ita modo rei suscep  
 tx / ac peragendæ de bonitate opportunus ē ser  
 mo: quæ tantopere comes / atq; affinis est sapien  
 tia: ut ab se inuicem sine interitu manifesto di  
 uelli non possint . Quod si mecum ita sentitis :  
 de ea quantum bene mihi fauerit deus / eloquar  
 quæ mihi suggesterit animus / et bonitatis ad /  
 mirabilis / et suauissimus odor uestra cū gratia :  
 Tum Cælsus nihil satius / atque iucundius. Per  
 ge itaque latus : et aperi : quod uix tetigisti /

CAELS.

et affirmasti sensisse prophetam: quo modo Bo  
nitas sapientia sit: et sapientia bonitas. Nā plerū  
que etiā uacui bonitate: ut prodigi. iracū  
di. gloriosi. superbi: si nouerint alioquin multa:  
bona sc̄q; p̄r̄x ceteris artes calluerint: habērur uul  
go sapiētes: et sapiētum decorātur honoribꝫ: un  
de putatur illud ī euāgelio positum Sapiētiores  
sunt filii tenebrarum filiis lucis in generatione  
sua. Et sapiētes sunt ut faciāt malum/bonum au  
tem facere nescierūt: aliaq; nō pauca sacris ī litte  
ris pene similia. Ad hoc ipse istuc a te quāri c̄l  
se q; nescias haud certe crediderim: Verū ne qd  
desit ad rem/penes eos: qui minus sunt eruditī:  
aut quo uberiori pr̄aluentioriꝫ evadat oratio:  
sane te hoc puto requirere. Sed utcūq; res ē: me  
rito habēdus ē tibi mos: et ānitēdum: nt totos la  
certos: si quid in nobis nerui habent / tua ditiga  
mus ad uota: quod tētaturus sum quātum equi  
dem potero. Inter bonum igit̄ et: sapiētem tan  
ta: ut mihi uidetur: amicitia/atq; complexio ē: ī  
mo uerius unitas conciliata ab ipso amore natu  
re: ut diuellī inuicem : seiungīque nō possint.  
Qui nō ē bonus: necesse ē ut profecto sit malus.  
gradum inter hos tertium inuenire naturā non  
ualuit. Vnde quotquot unq; fuerū futuriꝫ sunt

MATT.

Nota .

homines: per bonos tātū et malos distinguendi  
in euangelio sancto scribuntur: cum in fine sacu  
lorum de omnibus gentibꝫ iudicium faciet Chri  
stus Saluator: ut agens in terris ipse prædixit. tū  
boni locabuntur a dextris | mali autē a sinistris.  
Tertius uero et medius: quoniam natura nō ca  
pit: nullus nominatus est locus: propter qđ scrip  
tum et legimus. Qui solem suum oriri facit sup  
bonos et malos/et pluit sup iustos/atq; iniustos.  
Et qui non est mecum | contra me est. Si itaq; ne  
cessario malus ē: qui bonitate non præstat : con  
sequens et illud penitus ē: ut hic malus, obserret.  
excutiat, insaniat .et certe desipiat: qux qui pec  
cat: non modo longe est ab sapientis laude: sed  
stultissimus etiam habendus est: quoniām cōtra  
fas/contrag̃ naturam delinquit : qux quēq; ad  
monet sese impollutum a viciis seruare/proximū  
que diligere .Etrare ergo sine desipere | et recte  
agere/ac sapientem esse perinde sunt sicuti ma  
lum et bonum: mōris et uita omnino inimica/at  
que contraria. Ergo sine bonitate sapiens uere  
nemo. Illa uero malitia | atque arguria: qua ma  
li bonos superare cernuntur: callidioresq; uiden  
tur | et si sapientia nomen ementita interdum  
sapientia dicitur : tantum nihilominus abest a ra

tione/sapiēti:atq; decoro:ut magis nullo quidē  
modo possit abesse:cum altera ad iuriūsticiā/atq;  
perfidiam:altera ad iusticiā tēdat:et ueritatem:  
Qua de causa sanctis in litteris scribitur sapiētia  
huius mundi stulticia est apud deum:atq; illud  
ab Apostolo dicitur prudētia enim catnis mōris  
ē:prudētia uero spiritus uita:Sic et ea sunt:quæ  
de sapientia iniquorum pauloante a te Caxse de  
torto/indignoq; nomine inducta fuere:iter quas  
duas xequiuocatio:ut ita dixerim:tal is esse mihi  
uidetur:qualis inter uiuum hominem:atq; non  
uiuum spirantēq; et statuā. Quācūq; itaq; alia  
prater timidā istā:et si uideatur sapiētia minime  
ē.Caterū:satis si ego rē nideo:Sapiētia qdem se  
mita et ē:quæ adiutum nobis patefacit ad deū  
agnoscendū:et dēcō:coleđum.Ea ergo si uera:et  
solida fuerit:uō aut̄ adumbrata/atq; fucata:nūq;  
erit sine bonitate:hoc ē sine uirtute cōsorte:quo  
niā quantū malitia:quod uitiū ē deo semp̄ odi  
bile:recedit a deo:tātū illi bonitas apptopiat/seq;  
coniungit:quæ certa:et indissolubilis ratio appa  
ret in oībus sibi cōtratiātibus inuicē:ut cū subit  
unū/ueluti pulsum decedat aliud.Habet et hoc  
in se sapiētia bonū maximū/atq; sanctissimū:ut  
nobis tanq; digito mediū illud ostēdat:ad quod

Semita ad  
deum.

cuncta dirigimus: et actus humanos ceu antiqua  
gubernet/et moderetur:a quibus oportet omnia  
relegata sint uicia: si agendo cupimus iusticiam/re  
ctitudinemque tenere: et assequi diuini munera/gra  
tiam: promereri que ut inter suos nos deus tam  
agnoscat. Quoniam uero sine bonitate hoc non  
efficit sapientia: ideo ad res agendas omnis: uitae  
que constati non modo aptissima bonitas est: Sed  
quæsita a deo / ac necessaria: ut q eam eripiat ab  
usu humano: uitam funditus eripuisse / et euer  
tisse videatur. Inueniri igitur una sine altera ne  
quit: si debet uitam suam sapientia nomen dignita  
tēque seruare. Alioquin non sapientia agnomen/ lau  
dēque merebit: sed detestabilis malitia / atque astu  
cias dedecus quam non habuit: uitute dementia.  
Recte quoque animi lux appellari eadē ipsa sapien  
tia potest:qua q caret ille semper est excus: Vnde  
scriptum uerissime est sapientis oculi in capite eius.  
stultus uero in tenebris ambulat. Ut enim qui ex  
terioribus captus est oculis: nescit quo uadit / et cu  
ducitur: ita minus tua ueritatis intelligit: q orbo est  
animo: Quare quod huic mundo uisibili Sol  
radians prestar ad claritatem / et lucem: hoc effi  
cit uisibili animo sapientia : quæ nisi sit boni  
tati coniuncta: ita tetram offundit metu caliginem:

Directrix  
actuum.

Nota.

Lux uitæ.

E ii

No.

quemadmodum cæcam Sol noctem: cum a nobis sub terras deuoluitur/ aut palescit eclipsi. At uero quid esse potest luce sapientia dulcior? quid splendidius? quid amabilius? Hæc enim errantes nos per magnam sæculi noctem: et iactatos p de via / atq; naufragia in hoc mari uasto uentis contrariis / et semper incertis : data ueluti manu in p pria quasi deducit: ut possimus per eam quieti quem in portum tendimus perspicere/ atq; agno scere . Hæc ignorantiam pessimum malum: imo et malorum omniū gurgite: ubi cœperit habita re propellit. Hæc motus in aio turbidos sedat: et quicqd accidit acerbissimū tēperats/ tolerabilius efficit. Hæc domestica / et peregrina. urbana / et rustica . exigua et grādia . atates q̄oq; sexus, et mores informat: ut uere lux mundi quēadmodū diximus appellanda merito sit: sive qua caligina plusq; omnis umbra futura sit hominis uita : fueritq; ante christianam felicitatē/ et gratiā per Christum uerum deum et hominem nobis allatum: quia prioribus omnibus sæculis illis neque uulgas/ necq; philosophi: qui sapientia gloria falso nobilitabantur : uel in moribus / uel in natura / uel multo minus sane in iis: que sūr supra naturā/ ueritatem inuenire potuere: longeq; plura:

quæ sibi somniarunt (mentitiq; sunt: et in quib; inter se discordunt: q; quæ uera / conuenientiaq; dixerunt. Ille ille heu: qui semideus est habitus Plato:laxanit ita impudice / et continens ipse libidinem: ut cōtra clamantē erubescētiam innatām homini / omnēq; naturā / decus uirginale / matronalemq; pudiciciam sic licenter prostitue / rit: ut uirgunculas nudas descendere in ludos cū iuuēibus permiserit: et earum ita esse / ac uiro / rum equitare. currere. arma mouere . lapides manu / fundaq; iactare. tela intorquere: et quod stomachabilius es: iterum nudas saltu et choteis inter mares solēnitates celebrare honestum putaue rit ac liberale. Et ad maiorem beniuolētiā cenſuerit matrimonia habenda cōmunia : nisi quæ potestas principum nobiliora quandoq; amicis pro dignitatē distribuis'er. Qua opinione quid magis delirum / aut insanū afferri potest: nedū impudicum / et fedum ? Sanctissimum humani tatis uinculum / honorabileq; consortium tam infande temeratur tanto a philosopho nudo / et pauperimo ueritatis. Quis Plato furor / quis impetus? quis morsus? quæ collisio inter se. hominū in libera / oblatag; libidīne irruentib; plurib; in eam unā: quæ appetibiliōt uisa sit eo omni tubo

Philoso / phorū cæl / citas ante gratiam .

Plato .

Nefanda i / pudicia

Nota ,

E. iii

rei et honestate: quā indidit homini natura: post  
habita? Quæ sors deformiorum puellarū? Quæ  
iam uetularū? Quæ et infirmātum? Quæ uel cu-  
ra educādꝝ instituendꝝ prolif: que essetincer-  
ta ex uago cōmunic̄ cōcubitu? An nō qui nati-  
essent homines: morerentur tuo cōsilio pecudes?  
Erubescho ipse homūculus h̄c loqui diuine cō-  
tra te Plato, Lxdo et forsitan aures eorū: qui de-  
te tātā impuritatē exaudiūt. Quid si aduoceſ ad  
tuā istā philosophiā pudica Matrona. uirgo iſti-  
tuta/castaq; puella:nō ne uultū uel te uelabūt ex-  
tremo sudātē: percitā rubore? An ſe p̄diderit tā  
turpiter uel ipsa Semyramis: uel Iupanaribꝫ dele-  
cta Messalina? Ad honestatē naturā docet ho-  
minē natum: quōd quia diſſimulari tergiuersari  
que nō potest: inde fit ut incōtinētia tā uehemē-  
ter erubescamus: cui dum ſetuitur: obſcuta/abdi-  
taq; querātur: atq; ēr maritalis i debitusq; cōgres-  
sus nocturnā umbrā/occlusuſq; culbiculū amet: et  
pter cōteratū terū naturā: quæ blādiuntur: ſola  
iſta uoluptas corporis ita ſolitudinē gaudeat: ut  
ne quid eius tei: qđ nuptiarū honor propagatio-  
nisq; necessitas/et cū his primi. ſacramēti gratia  
ēt honestatia tāq; sanctificat: inspe:ctēt libeti. ſerui

Nota.

Rubor ex  
libidine .

ullig̃ domesti ci pat̃c̃atur: Quin etiā uehemen  
 ter pudeat: si canes / et eq: ceteraq: belux id præ  
 oculis forte cōmittat. Verum quoq: et sordidissi  
 mū sit nūcupare / nisi umbratis / obliq: nomini  
 bus: quæ tā necessario ad p̃pagādā tuēdāq: natu  
 rā op̃i mēbra deseruit: neq: sit inops adeo q̃sq: /  
 q: et si ceteras partis sit nudus: nō ueler obsena.  
 Diceret hoc loco pro Platone: quod nemo pudi  
 cus posset: fortasse q̃spiā uel leno / uel scortū Nō  
 audierat diuini oris elogiū Plato: propter hanc  
 relinquēt homo patrem et matrem: et adh̃ere /  
 bit uxori suæ: et erunt duo in carne una: neque  
 ab Apostolo: quem uita p̃cessit: Vnius uxo /  
 ris uirum: et una quaque suum habeat: Et illud  
 uiri diligite uxores uestras i sicut et Christus di  
 lexit ecclesiam . At uero debuit: ut diximus: uel  
 saltem auscultasse naturam: quæ communis ubi  
 que est cunctarum gentium directrix / atque ma  
 gistra . Contra . Certa . Fidaque. et efficiens in  
 omnibus quantum est in se simpliciter unum: a  
 qua deerrare / non quidem philosophi est: Sed  
 hominis abutentis omnino ratione / atque con  
 silio: si nō æquius dixerim amentis et stolidi. Re  
 spōdebūt p̃tinacius iterū Leno iste / et meretrix.

E iiiii.

Vide nē hīc ruborē / cōfusionēq;: quā dicis: mos  
potius / cōsuētudoq; intulerit: q̄ idixerit certe na  
tura. Nā sī nudi ire / palamq; misceri viri / et mu  
lier assuefuerint: esset detracta: imo e: ignorata  
**De natu /**  
**ta et mo /**  
**re .**  
fortasse hīc mollices / atq; cōfusio. Iti sues gru  
nirent aliquid: si tanti mos esset: ut posset expū /  
gnare / collidereq; naturā. Si nō inspiceret rudes  
ēt et agrestes. imo uero et dementes et insanos:  
qui aguntur / mouēturq; nō morib; / atq; usib;  
sed natura dūtaxat: partē hīc tenere honestatis /  
et uerēmndia: ut nō publico coeāt: et quas uide  
rint sibi iōpis placere cōfestim nō adorātur ita ē  
imobilis / ppetuaq; natura: inq; omnib; similis.  
Quod mos nūq; potuit / poterit ue p̄stare: quia  
uarius, labilis, et nō cuiusq; æquabiliter ē: Sed no  
bis aliis, aliis uicinæ urbi . aliis fidelibus / cultis  
q; diuina lege / atq; p̄ceptis. alius nō credētib;, et  
sine disciplina exlegib; barbarā uitā ducētibus .  
Hic attripitur ab educatorib; / et pedagogis. Qd̄  
naturæ uero ē / in nobis omnib; sua spōte cōnat  
scitur: quoniā natura: quæ uis ē quixdā firmissi  
ma / atq; sanctissima suū nūq; tramitem deserit .  
Posset et illud de te ista subtilius diūspatari: non  
ab Academicis ueterib; dico: qui P̄ltonicam di  
sciplinā ruentur: Sed a christianis potius nobis :

Nota .

qui p Platone Moysēm sequimut: peccato ne /  
 an naturæ inurēda sit h̄c de carnis cōmixtione  
 cōfusio. Prodit. n. Moyses ut primū peccauere p  
 genitores stirpis humanae: perizomata de fercul /  
 nēx̄ foliis sibi protinus confecisse: quib⁹ pudib⁹  
 di genitalia obtegeret uelut obsena. Qua de re  
 dicere cum pergerem: en Nicolaū et Honofriū  
 cōspicatus sum inuicē auribus suggarrire uenu /  
 sto: placidoq; cum rictu. Ad quos ego quid inq;  
 colloquimini ita suppressi: cū interpellatio: atq;  
 respōsio utrīq; sit libera: et nobis sane pergrata?  
 Tū Honofrius Nicolao meo iſussurrahā id du  
absētia surripit: p officias uices charitatis: qux  
si nō ficta: hoc habet in se magnū / atq; diuinū:  
ut nūq; absit ubi habet: quod amet: cōiūctōneq;  
anmorū lōge plus: q̄ corporū gaudeat: dum de  
syderia inuicē epistolatū maxime suauitas uel cō  
pēset / uel tēperet: qux blādor ē s̄xpe / atq; ptx /  
stantior: ita quidē et diutumior: q̄ p̄sens / et extē  
poralis oratio: qux paruo uanescit / obliteratur  
q̄ momento. Siquidē sapiēs plus semper animo  
q̄ oculis cernit. neq; tenebræ illi: neq; īp̄a deniq;  
cæcitas excludit unq̄ admirabilē / et gloriosam il  
lam uoluptatē: qux separari ab interiori uirtute  
et conscientia nequit. Quis nero ex nobis ē: cui  
uel ad studia litterarum: uel ad trāquillitatē dul/  
cissimam meditationum / et precū non magis ni/  
gra opera / et antelucana contulerit: q̄ splēdidus  
īp̄e meridies / qui et lucernæ plus q̄ soli non de

Nota.

Nota.

beat et cum propheta illud non sibi conueniat  
 Dies diei eructat uerbum: et nox nocti indicat  
 scientiam? Sed ista de re quoniam abunde alibi  
 tecum egisse Seuérine me memini: rursum scri  
 bendo fatigari opus haud equidem ē: Quamob  
 rem: quod in conspectu iam prope tenemus p  
 sequi satius nunc certe putauerim: ut disputata  
 hoc quinto inter octauum uirginis diem tibi or  
 dine referam. Valerius itaq;: qui heri conticue  
 rat: de scientia: de qua dicendū supererat: ut uer  
 ba faceret est inuitatus: qui cur non magis Au  
 gustinum Strozam inquit hunc nostrum: qui  
 nobis hodie e Mantua est superadditus ad hoc  
 impellitis: ne tantus hospes hic affuisse uideatur  
 in cassum? qui sicut in reliquis animi dotibus:  
 ita quoque in omni genere litterarum minime  
 mihi concedit: uerum et hoc in se amplius ha  
 bet quod natura mihi ususque non peperit:  
 carminis latīnā / maternāque lingua admirabi  
 lem commoditatē / atque dulcedinem ( inna  
 tum decus ) Nam ante sumptam augustinianā  
 sacram hanc rogā puer domi quicquid con  
 cepisset: artabat in numeros: ut sacratus iam  
 tū musis uideretur: quas modo s̄epe ad pietatē /

VALER.

A.STRo  
ZA.

VALER.

remq; diuinam luculenter / graviterq; traducit;  
Tum ille tenuitate ea / otisq; lauticie: qua: con-  
dire solet omnia:qua uel agit/ uel dicit: hinc in  
modum respondit. Si quam tribuisti mihi Vale-  
ri: esset ea in me uirtus latq; peritia: facili opa qd  
petisti: assequi ab me equidem posses. Verū ne  
que rei explicandæ/ differendæq; : neq; coetui or-  
natissimo isti responsutam facultatem meam ul-  
lam / nisi amens sim / ullo pacto crediderim. Tu  
amice tamen / ac perbenigne id sentis: quod de  
me plurimus/ et ardētissimus tuus animus optat.  
Nam uersus canere: quod me posse tibi placuit  
dicer: non tam philosophantium / ac disputā-  
tium: q; lyræ proprium / etcīhatæ ē. ea quāuis in-  
strumenta uix unq; religiosa nostra attia subeāt:  
et obsoleta illa ego ēt nunc quidē ignorem. Qd  
si æquā rem posco: auditorem me permitte: hoc  
primo congressu Valeri: qui poeticum aliquid:  
qua facultate / ac ui ornare me uoluisti: sicubi  
forte licuerit: ducām in aaciem. Cui indulgendū  
nullius alterius rei: q; reuerentia/ causa Celsus  
cum censuisset: stetit res: ipsa tota Valerio. Qui  
obsequens: Quoniam inquit neq; me sic erra-  
re apud uos puduit unq; : quam placuit emen-  
dari: qui hactenus mihi: tū patres: tum magistri

extitistis: subeo iussa: quæ si nō digne satis exple  
 uero: non uero mibi: sed uobis: qui sic uoluistis:  
 impingatur hæc noxa. De scïentia itaq; dicere res  
 tata mihi plane uidetur: q̄ magnus et multiplex  
 earum rerum ē numerus: quæ sciri / demonstrari  
 que possunt: si huiusmodi illæ sunt tamen: pro  
 pter multos eos dixerim: quos prima in corona  
 Andreas docuit omnem desperauisse scientiā: et  
 inanem existimasse operam: quam in ea homines  
 posuissent: Idq; causæ Socrati a phisicis disciscē  
 di: atq; erhicē inchoandi fuisse: et ut incerta / a  
 dubia omnia Academici dicerent. Sed satis quo  
 niam id tum fuit exploratum: progressionem de  
 uitias longiorem ea in re noui allaturus modo sū  
 nibil. Querendum uero magis cuiusmodi ea sci  
 entia sit / relinq mihi putauerim: quam precari  
 sibi propheta uidetur. Rei ne: an litteræ an uero  
 utriusq;. Vbi hoc mihi uidetur imprimis: ut de  
 re potius queratur: q̄ certe de litteta: si sermo in  
 terdicendum incensus non nos traxerit ad utrū  
 que. Siquidem non propter litteram res: sed pro  
 pter rem littera excogitata / susceptraq; est. quæ  
 uehiculum foret ad rem: ex qua maxime homo  
 et sapiens ei beatus effici posset. Inducite omnes  
 uirtutum choros in medium aliquam porticum

Quæ sciē  
tia quare  
da,

No. spec/  
taculum.

H.i.

conspicuūq; confessum: si augustinus incorpo  
rexq; illæ ad similitudines uisibiles ullas / et for  
mas traduci iam possunt. In primis sellis uenera  
bilius locentur Fides, Spes, Charitas, p̄cipua hu  
manæ fūdamēta salutis/ ante omnes uocatæ theo  
logi diuinæq; uirtutes, priscis ignotæ Philoso  
phis atq; ethniciæ cæteris: q; a natura ortū nobis  
cum nō habeāt: Sed ad nos descendant ab inex  
haustis thesauris benefici nostri/ magniç; dei / ex  
ea tēporis fœlicitate affluentius et copiosius: quo  
uenit ad nos amator hominū christus parentis bo  
norum omnium et eorum hominum doctor: q  
libenter ei se dociles exhibet: ut late disputatum  
fuit inter nos heri . Post has pxime assideat tur  
ba omnis illa moralium: quæ neq; a philosophy  
neq; a nobis alienæ unq; exti:ere. Iusticiam dico/  
impertinentē quod eorum ipsorum ē: singulis ex  
merito / et qualitate cuiusq;. Fortitudinem p of  
ficio honestateq; tuenda / expauescentia omnia  
calcanrem / uitamq; dedētē.. Temperantiam ne  
farias uoluptates exibantem / ac honestas mode  
rantem. Liberalitatem / sanctissimum humani/  
tatis præsidium / atque solarium. Fidem incorru  
ptam/ ac extrema omnia potius: q; decipiat / cū

Nota.

Nota.

Regulo . Curio . Fabricio subituram . Sic in aduersis Patientiam . Humanitatem in omnes .  
 Pietatem in patriam : sic et cæteras : quas longum prosequi foret : pulcherrimas / admirabillesque virtutes . Ad has quidam nullo extra se adiumento quasitolegregia/atque fœlici bonitate naturæ paruo labore peruenere: ex christianis maxime / gratia sacramentali fortasse uim illis maiorem afferente: q[uod] iis : qui extra fidem et gratiam oberrant in inuio . Nō q[uod] ego tamen ita priuauetim : ut per se natura ad perfectum usque progeneret hominem studiosum / atque prudenter . Porro res tanti neque naturæ / neque si militer omnino fortunæ : Sed diuinæ prouidentiæ ( nisi diuinam prouidentiam uocemus natu ram ) ac humanæ electionis / atque arbitrii debuit merito esse: ut tanta de re nulli magis : q[uod] Deo referretur acceptum / et cum hoc foret homini laus : qui uitam ex electione cum virtute duxisset . Quare neque bonos / neque malos nos natura ipsa simpliciter / atque unice parit : Verum ad utrumlibet aptos : quamuis potioribus ad uirtutem seminibus / atque initiis . Vnde meliores profecto nasci homines / q[uod] illi postea mortiantur disputat Aeneus . Aitque et

Naturæ  
bonitas

Nota.

Nota.

H. ii.

Cicero parvulos nobis igniculos statim nascentibus inseruisse/et incendisse naturam: quos celeriter malis moribus/opiniomibusq; depravatis sic restinguamus:at nusq; illius lumen appareat. In esseq; ingeniiis ipsis semina inata uitatum: quæ si adolescere liceret: ipsa nos ad beatam uitā uatura perduceret:Sed cum lacte pene nutricis ita uariis protinus imbui ettoribus homines:ut uanitati ueritas:et opinioni cōfirmare natura ipsa concedat.Sunt et alii :qui diuinis illustrationibus etuditi nullis adminicula ntibus litteris probi sapientesque euasere:in quorum apprime numero diuini prophetæ/Saluatorisq; discipuli ac permulti sanctorum cæterorum claruere, unde ē scriptum in psalmo Audian quid loquatut ī me dominus. Et aperi os tuū et implebo illud. Sic et in euangeliō per Zachariam illud est dictum Sicut locutus ē per os sacerdotium: qui a seculo sūt: prophetarum eius:et similia multa:quæ de sanctis litteris ueluti aurei de beatis fontib; riuuli scant. Quæ plane scientia/ut afflata diuinitus:ita quoq; superior cæteris/atq; constancior.nūq; fal lens. nūq; oberrans.nūq; a ueritate / et certitudine devians:q; prima/atq; perpetua annixa dū taxat est ueritati:quæ non aliter potest : q; Deus

Eruditi di  
uinitus.

No.indu  
biām sciē  
tiām.

quidem in se ipsa deficere: quoniam ueritas et  
 sempirerna scientia Dei esse nullo modo aliud  
 potest: q̄ deus certe: cum dignitas latq; perfectio  
 maxima illius maiestatis aeternæ nihil extra reci-  
 piat: quod intrinsecus in se non teneat: et qđ in  
 se tenet intrinsecus: aliud ab ipso esse nō possit.  
 Vnde consequens est: ut scientia illi: qua effluit  
 ab eo fonte perenni / atque diuino / et fidem ha-  
 bet / et assentiri longe nos magis oporteat: q̄ iis  
 cerre: qua conspicimus oculis / manibusque trac-  
 tamus. Fieri quidem facile potest: ut fascinentur  
 oculi / et illudantur sensus humani. accipient p̄  
 luce tenebras / proque tenebris lucem. At uero fi-  
 de / sermonibusque diuinis certius nihil / aut splē-  
 didius haberi potest omnino: quoniam diuina d̄  
 luce proueniunt ita cum Dei aeternitate / simplici-  
 tateque coniuncti: ut fore nihil minus equidem  
 possit: q̄ illi credentem non dirigant / et recto  
 ad sapientiam tramite non uere perducāt. Qua-  
 te occurrat mihi quālibet glotia Philosophus  
 uel atticus aliquis, occurrat Propheta, occurrat  
 Angelus. Quas maiores / et firmiores tatiōes pos-  
 sint accumulent / et inculcent. Clamitent insuper  
 altius hac eundum est semita. Fides uero ab iis

No.

No.

Nota.

H iii.

me detorqueat aliorum: nihil ego uerebor illis  
neglectis quo me uocabit fides intrepidus perge  
re: et illud propheticum in eos obiectare. Dimi  
nutæ sunt ueritates a filiis hominum uana locu  
ti sunt unusquisque ad proximum suum. Sed ne  
que quæ ante oculos: ut modo dicebā: mihi ob  
uersantur præsentia. quæ manibus tracto / ipse q̄  
facio: ita me putabo agnoscere: q̄ nunquam ui  
sa mihi uel agnita modo illa beata / et uerax mi  
hi porrigit fides: quando ab Deo : a quo error  
omnis est relegatus : ista: Ab creata uero opinio  
ne: quæ obnoxia ē falsitati: offerantur illa persæ  
pe. Sed quanta ē hodie (proh nefas) quorundā  
deploranda remeritas: arqu: superbia. si non fu  
rot / ac frenesis simul: nihil diuinum siue huma  
na ratione admittentium / atque probantium :  
Sed insulsum / ac ridiculum suum cerebrum diui  
nis oraculis / et confirmata tot auctoritatibus/ si  
gnis / atque miraculis diuinis / sempiternæ que fi  
dei anteferētiū: quorū: ut ipsietas nulla scelestior:  
ita qdē pœna nulla erit imanior / et peditio futura  
miserior. Qua cxcitate iſti (sacrissime xp̄e) q̄a nō  
uiderit: tā facile negat sacerdoti atq; diuina ac chri  
stianis oraculis pugnaciter obſtar: et quæ siue ab  
antiquis Philosophis siue ab historicis accepūt ua

Cōtra in  
credulos.  
Nota.

ria s̄æpe et fabulosa/his aures placentissimas uo/  
 uēt/Siquis ulli:q se hominē putet:mendaciū ob/  
 iecerit :is:in quem obiectum fuerit :si poterit re/  
 pugnare:non sustinebit:nihil seruilius/ac turpi/  
 us ducens:q̄ ingenuum haberi mēdacem. Quo  
 ad poterit irrogatam depellet iniuriam. In con/  
 uiciatorem stomachus/et billis ebulet. Ad vindicta/  
 ctam manus armabitur ,et si palam mantis s̄auit  
 re nō poterit:occultæ intendēt insidiae donec la/  
 cessitus iste de cōuiciatore possit ulcisci. Et nos ī  
 pia frōte'oreq; blasphemō deo tāq̄ mētiēti detra/  
 hemus assēsū/ducemus sub cēsura qux d̄ re agit  
 et moderatur humana/Titubabimus an uere,p  
 mittat? Nulla de eo nos fides>nulla expectatio.  
 nulla merces>nulla pœna sollicitabit?Hoc malo:  
 qd̄ nihil abest ab extrema qdē ilanía:qd pōt ēē  
 tādē in hōine ifcēlicius:ac capitalius/An dici pōt  
 aliud:q̄ q hoc peccat:deū hūc magnū/atq; inuic  
 tū abnegare/nihil de imortalitate futura suspica  
 ri/nullā eminentē uirtutis cuiuspiā imaginē cer  
 nere/cui nulla deniq; supsit:quæ ducat ad sanita  
 té ifidelē animū ac despātē medicina/lhas audiāt  
 isti diuinis ī litteris uoces. Accedētē ad deū opor  
 tet credere. Et q nō credit:iañ iudicatus ē . Et qd̄  
 nō ē ex fide: peccatū ē ,et ipossible ē sine fide pla

Nota.

Nota.

H. iii.

cete Deo. Sic etiam iustus meus ex fide uiuit . Et  
hæc ē uictoria: quæ uincit mūdum fides nostra.  
Nota. Quisquis in cæteris peccat : ad pœnitētiam et cu-  
rationem per fidei līmitem redire facile potest:  
Qui a fide uero discedit: hic directum / et planū  
sic iter amisit: ut quo eat omnino nesciat. Hunc  
superest ut in nemorosa nox atta corripiat feris i-  
manibus discerpendum/atq; uorandum. Si meli-  
otem ullam uiuendi rationem aliam: q; quæ por-  
recta a Christo nobis ē et prædicata iueniremus:  
si fides malum nobis persuaderet ullum: Si in ali-  
quo essent Prophetæ mentiti: Si Apostolorum /  
et Euangelistarum testimonia non cohærerent:  
si et non fuissent illi omnes integerimi: atq; san-  
ctissimi viri: Si dira suppicia potuissent auertere  
a sancto et fideli proposto infinita prope Mar-  
tyrum milia: Si ecclesia Christi nullos tantos / tā-  
que insrgnes doctores habuissent: Si deniq; signa  
ulla nunq; uisa/prodigia que fuissent: possent se  
se homines ubi uiderēt meliora: haud iniuria cō-  
uertere. Nunc uero cum nihil non sanctum . nō  
honestum, non decorum, non uenerabile, nō ca-  
stum, non piuum. nō diunum complectatur chri-  
stiana Religio: quæ ( obestor per diuina omnia  
atq; mortalia) cæcitas aclemētatio ē: de ea adhuc

No.

No.

tanquā de incerto negotio querere/ac cauillari?  
 Quo nobis transeundū: si ab hac discesserimus?  
 Malumus ne uel diabolica superstitione fallēre  
 uel fœda lenocinante libidine ad Iouem/Venerē  
 que redire: an puri potius et innoxii regnare cū  
 Christō? Quod facere si non statuerimus: quid a  
 get tanto in sacrilegio pudor : erubescenriaque  
 uel interior? An silebit semper intus conscientia  
 mordaxq; synderesis? Ad immortalitatem glorio  
 sam optimis gestis acquirēdam natura docet ho  
 minem genitum: quæ suo splendore generosos  
 ad se animos illicit nullo etiam commodo/atque  
 utili extrinsecus pūsito. Hoc ita esse ex quo hu  
 mana cœpere/probatum ē assensu/opinioneque  
 cunctorum: quo quidem in loco nolo nunc ul  
 la nostris de christianis testimonia excitare. Sed  
 inducamus ecce de zenonis porticu stoicum bar  
 batum/et togatum quēpiam honestatem extollē  
 rem/et mortalia contemnentem : Aristippeum  
 contra altetum quendam temulenrum/et uolup  
 tam corporis tanquam suem gruniētem. Quis  
 stoicum non dilexerit? probauerit? extulerit? Alte  
 rum uero non oderit? triserit? exhibauerit nuda  
 ita etiam cogente natura ? Perinde religionem  
 Christi sanctam reliquis sectis supersticiosis/atq;

No.

No.

nefariis collatā quis non antetuletit omnibus? et  
si non pecus: q̄ homo esse manult: non p̄t̄sen/  
tis gratiæ securitate/ac fœlicitate gaudebit? Nam  
quid gentilitate quondam scelestius atque sordi-  
dius / ubi scortationes omnifariae q̄ libidines nō  
modo hominum: sed suorum deorum celebrati-  
uideas solennibus pompis/sacrisque cærimonias:  
et ut sint dñi isti propicii interdum illis innoxium  
mactari hominem: et eosdēm imperate cruenta  
spectacula / ludosque gladiorum / et cum feris i  
manibus luctas sibi exhiberi? Matronas quoq;  
præter alia prodigiosa multa iatque nefanda co-  
ronare Priapum / et illi honoribus gratulari di-  
uinis.indignum scelus non matronis certe pudi-  
cis:atque ingenuis :sed publicis scortis/atq; leno-  
nibus? Quid habet auten Maumetus in se / suis  
que edictis nisi foedum.nisi falsum.nisi et simu-  
latum? Quod si p̄cepta fuissent ab Asino: quæ  
p̄cepit maumetus: risum nesciam an retinetet/  
mus / et stomachum . P̄orest ne miserabilius / et  
monstruosius ludorum perfidia inueniri facile.  
quicquam: quibus ita dulidum amara ueritas redi-  
ta est:ut uerum/ et certum aliquid gustare am-  
plius nequeant:quippe in quibus dolor amissi.  
Impetii quod pulcherrimum tenuerunt: odium

Maumet.

Iudri

christianotum: quod hautiunt a puerperiis / et si  
 nibus mattum, cupiditas foenoris: quo ditatur.  
 Impunitas uiciorum: quam eorum primores cō  
 hincētibus p̄xtereunt oculis: adeo ratōnem sube  
 git mentemq̄ excæcauit: ut cōmentari impudē  
 ter mendacia: seque fallere sponte iam non eru  
 bescant: negareq; impurissimo ore / atq; blasphem  
 mó Iesum: quē in crucē egerūt: suū extitisse Mes  
 stiam: quem non eorum prophetæ modo / oracu  
 laq; p̄multa præcīnuere: sed omnis simul ē at/  
 testata natura. Nam uestra per uaticinia / prædic  
 tionesque sanctissimas uentutus uobis Christus  
 erat miro ex intacta puella æditus partu: et nasci  
 turus in Bethlem: et a Boue! Asinoq; in presepio  
 mirabiliter agnoscendus: Circuncidendus. Tē  
 ploque sistendus. Prædicaturus regnum Dei / et  
 superhumana miracula inter uos / Signaq; datu  
 rus. A planta pedis usque ad uerticem tradēdus  
 in uerbera / coronandus / et conspuendus. Clavis  
 deniq; / duos medius inter latrones / cruci suffi  
 gēdus. Deniq; gloriose sepulchro eius funus ha  
 bēdū. Diē surectutus i tertii. Sublimis tādē elap  
 surus i cxlū. Demisurus ad orbatos filios sp̄titū  
 fāctū: q̄ dīectos aīs cōfestim erigeret et sui similes  
 faceret: p illō uos t̄pis sceptrū amissuri cū tegno.

Cōpleta  
 uniuersa  
 & Christo

Pallantes certa sine sede uagatur per orbem.  
Non prophetas ulterius audituri .Si hec omnia  
quo scripta erant:ordine obuenere:Quid circu-  
cisionem rem modo uanam atq; ridiculam :qd  
Sabbata odbilia uestra? Quid superstiosam ab-  
stinentiam Porti et suminis et pleraq; similia  
custodienda mentimini?cum essent uobis data:  
cum in seruitutem olim:tum in figuram/typūq;  
futuri:non quidem perpetua:Sed eatenus tenē/  
da:quoad plenitudo illa gratia illaberetur in ter-  
ras:de qua gentilis uester scribit Apostolus At  
ubi uenit plenitudo temporis misit Deus filium  
suum factum sub lege ratum ex muliere:ut eos:  
qui sub lege erant redineret:ut adoptionem fili  
orum reciperemus. An ion Iosephus gentilis nō  
solum itidē uester:sed primæ nobilitatis/ et præ/  
cipiæ doctrinæ ac expeïetiæ uir in Antiquitatū  
suarum libro.xx. scribens Tiberii tempora de  
Christo ita commemorat: Fuit istis temporibus  
Iesus sapiens uir:si tamen eum uirum appellare  
fas est: Erat enim mirabilem operum effector/  
et doctor eorum hominum : qui libenter audi-  
uit ea ,qua uera sunt:et multos iudæorum:mul-  
tos et ex gentibus sibi adiūxit. Christus hic etat.

Paalus.

Iosephus:

Hunc accusatione primotum nostræ gentis niro  
rum cum Pilatus in crucem agendum decreuist  
set: non deseruerunt ille: qui ab initio eum dilexe  
rāt . Apparuit eis iterum uiuus secundum q[uo]d di  
uinitus inspirati prophetæ uel h[ab]et uel alia innu  
merabilia miracula de eo futura p[re]dixerāt . Quid  
contra virum tantæ dignitatis et fidei / et compa  
triotam uestrum excipitis capita perdita / et per  
uicacissima? Eum Iesū.eum Christū.eum plusq[ue]  
virum.eum effectore miraculorum appellat : et  
eundem inquit surrexisse : et apparuisse sicut in  
spirati prophetæ uestri prædixerant.Sunt et con  
tra hoc pessimum genus canum (sic de his Da  
uid in psalmis prophetat conuertentur ad uespe  
ram / et famem patientur ut canes) sunt quidem  
Epistolæ lentuli. et Pontii præsidis ad Ti. Cæsa  
rem: sub quo paflus ē dominus et ad senatū testi  
moniū ferentes de Christo: in quibus tergiuersat  
ri ac repugnare fallax sibi et maligna synagoga  
qua rabie didicit non ueretur cōmēticias/ et apo  
cryphas epistolas esse istas contēdens/ necq[ue] habe  
ri eas a sacris libris/ et ueteribus auctoribus uspiāt  
Quod et si forte ita sit: ut exp̄ssis non cōstet au  
ctoribus Lentulum Pontium q[uo]d scriplisse : cut ta  
men illi sic scribere non potuere? Qui cū essent

Nota.

A.STRo

Epistola  
Lentuli

Magistratus: si nō scripsissent uel has ad unguē/  
uel prope simillimas: uisi. essent in re tāta sopiti.  
Cæterum quid in his halbetur epistolis: quod ue-  
rum/solidum indubitatum/concorsq; nostris cū  
testibus/et sūma cum ueritate non sit? Aut uero  
si Lentulo/Pilatoque detrahuntur: quibus ullo  
modo aliis erunt aptius tribuendæ? Sed tamē ea  
rum uerba cum dixisset Valerius se non seruare  
memoria. Tum Stroza Ita ego paruulus a Pe-  
dagogo acceptas seruaui semper/et qualescūq;  
censeātur: quoniā tamē fidem ex rei ueritate ha-  
bent: preciosas habui inquit: ut eas possim reci-  
tare memoriter. Quod ut ageret cū placuisset:  
Lentulus inquit sic Tiberio atq; senatui attesta-  
rus ē d domino Iesu. Apparuit temporibus istis/  
et adhuc ē homo magnæ virtutis: cui nomen est  
Jesus Christus: qui dicitur a gentibus propheta  
ueritatis: quē eius discipuli filium dei uocant. Su-  
scitans mortuos/et sanans langores. Homo qui  
dem statura Procerus et spectabilis. uultum ha-  
bens uenerabilem: quem intuentes possunt dili-  
gere/et formidare. capillos habens colotis nucis  
auelanæ p̄matura: planos fere usq; ad aures. Ab  
auribus uero infra cincinos/crispos aliquātulū.  
teruleores/et fulgentiores ab humeris uentilātes.

Discrimē habēs in medio capitī iuxta mōrē Nazareorū. frōtē planā et serenissimā cū facie sine ruga et macula aliq: quā rubor moderatus uenu stat. Nasifet oris nulla pr̄sus ē reprehensio. Barbā habēs copiosā et ipuberē capillis cōcoloratā: non lōgā: sed medio biffutcatā. Aspectū habēs simpli cē: et matutū. oculis honestis glaucis. uatiis et claris existētib⁹. In increpatiōe hotribilis. i admonitiōe placidus et amabilis. Hilaris seruata grauitate. Qui tuūq: uisus ē ridere / flere aut sic. In statu corporis propagatus et rectus. manus habens et brachia uisu delectabilia. in eloqo grauis et rarus et modestus. Spetiosus iter filios hōinū: Quā uero Pilatus ad Ti. Cæsarē dedit: huiusmodi ē. De Iesuchristo: quē tibi plane postremis meis de clarauerā: nutu tādē populi acerbū me quasi iuitio et subtimēte suppliciū fūptū ē. Virū hercle tā piū et seuerū nulla unq: artas habuit: aut habitura ē. sed mirus exitit i p̄ius populi conatus. oīum scribarū/principū et seniotū cōfēsus suis pphetis et more nostro sibyllis cōtramonētib⁹ hūc ueritatis legatū crucifigete. Signis ēt supra naturā ap pētib⁹ dū pēderet: et otbi uniuerso Philosopho rū iudicio lapsū minātib⁹. Vigent illius discipulij op̄e et uitæ cōtinētia magistrū nō mētiētes imo i

Pōtii epi  
stola.

**VALER.**

eius nomine ubique unicuique beneficietissimi. Nisi  
ego seditionem populi prope & struantis exoriri potes  
timuissem: fortasse adhuc nobis non ille uiueret:  
Et si tua magis dignitatis fide compulsius: quod uo/  
luntate mea adductus: pro viribus non restitetur/  
sanguinem iustum totius accusationis imuriem:  
uerum hominum malignitate inique in eorum ta  
men: ut scriptura interpretantur: exitium pati  
et uenitdari. Vale. Hierosolimis. V. kl. Aprilis.  
Mox Valerius auditis epistolis Deus tibi benefa  
xit: et increduli ualeant mi. Augustine inquit: quod  
hunc non modo tua recitatione locum exorna  
sti/atque complesti duabus his preclaris epistolis am  
plissime certitudinis/atque leporis: Sed me etiam  
ad tantam mentis permotionem rapuisti: et uul  
nerasti laude diuina: ut uix lachrymas teneam.  
Potuissent ne quae so exprimere ullo modo prae  
stantius/ac uenerabilius presentiam Saluatoris: as  
pectum omne formam/mores et gesta. Iudeorum  
que nequitiam Angeli ipsi: si locuti nobis fuisset/  
quod expresserint Pilatus/et Lentulus aut alijs quis  
piam: ut repugnat increduli/ Adderem quod non  
est alienum audire aduersus excrcatas malas mer  
tes /maloscque animos Sibyllarum testimonia: quae  
omnes luce clarus quacumque successura etant de

Christo: ut successere: prædixerūt multifarie longe ante: quæ fierent: erythrea p̄t̄ certim certior omnibus atque expressior: quæ uaticinata est bellū ante troianum: Sed apud peritos uos patres hāc in querelam delatum me suspicor plus & quo fortasse: et si pro rei indignitate let eorum scuticia: qui diuina non arripiunt: nisi quantum ea ratio humana tuetur: certe haud satis. Circa litteras quoque: de quibus est disputatio: præter ea: quæ attigi: nihil impresens mihi succurrit: quod nō cōmodius: ut puto: dicturus sit alius: quod p̄ certim facito tu o Matrhæ: qui sape de studiis litterarum alias dissenseris iterant et quādoq; scripsisti. quare uel tu sume Lyram: uel alteri porridge: quem tu me putas fore magis idoneum ad explicāda quæ restant. Ad quem ego tu Valeri inquit: ut hactenus egregie abundeq; dixisti: ita dein ceps in calcem usque hodierni congressus te posse & que plene et luculentissime dicere ex nobis qui dubitet: esse neminem reor. Eo enim iam puenisti peruenirene non cessas: ut a nobis libenter audiare: et uersuram a te ego quandoq; nūc faciam singulari latitia. Quia tamen libēter me semper audisti: quo maxime tempore apud me erudiebātē adolescentis: et id te uideo nunc uelle

MATT:

Litterarū  
maxima  
dignitas.

Nota .

Nota.

Iis.

magnopere: desiderio: ut potero: obsequar tuo.  
Atq; his habitis: deinde ita sum prosecutus. Iam  
uero tertius: de quo agatur: sciendi per litteras su  
perest modus: qui ut frequentior: atq; celebrior  
et ad multos pertinētor ē ( Rari admodum illi:  
qui ut ante diximus uel p̄stantissima ipsa natura  
uel afflatus certe diuino profecerint ) sic et accu  
ratio nū mihi ē pertractādus: quod ānitar quantū  
ipse potero Iesu domino mihi fauente . Nam: si  
uerum excūtīmus: nihil maius: aut excellētius hu  
mano geneti dati litteris: potuit. His nāq; ad nos  
peruenit quicquid magnum / diuinūq; sapimus  
omniscq; ille beatus odor quem de uititibus. de  
mōribus. deque liberalilis omnib; hautimus ar  
tibus. His quemadmodū publica atq; priuata.  
Sacra atq; profana. miūma / mediocria / atq; ma  
xima habēda sīnt edocenut: ut ausim promptis/  
sime dicere sapientem iuueniri aliquo pacro uix  
posse: qui sit omnium fr̄terarum penitus igna  
rus / et expers. excipio uero quos ante dixi: diuini  
tus institutoſ: sciētia quorū suprema / er exactissi  
ma una est. Atq; idcirco quod cib; facit ad uitā:  
id facere mihi plane uident̄ litteræ ad cognitōnē  
atq; scientiam: eoq; p̄stantius: quo uiuim cor  
pus. Animum alterum alit . Atq; tu o Isis ( si tan

ta laus ē foeminarum) sed curramus et nos cū iis;  
 qui inter uarias opiniones ita dixerunt: o inquā  
 smortali gloria/et recordatione dignissima: quæ  
 litterarum usum apud ægyptios aperuistri prima:  
 et tu Nicostrata:quæ postmodum latinis nobis  
 eas non dedisti solum:sed illarum ordinem/ con  
 iunctiones/et sonos exquisitos edocuisti. Erat an  
 tea sine oculis res omnishumana:fuisset et i po/  
 sterum omnem successum : si nobis litteræ in ea  
 caligine nō eluxissent. Quoniam ramen permul  
 ti abusi cōmodo rāto/ac dignitate infames illas  
 plerūq; reddiderūt:sic iudicio qdē meo litteræ:  
 ut præclara cætera:cum maculantur: defendēdæ  
 sunt latq; purgandæ:Quæ nō ex se profecto:sed  
 ex ipso utendi modo:uel honestæ:uel turpes eq/  
 dem fiunt. Per litteras multi præclaro simul cum  
 ingenio uiri uere facti sunt sapientes:qui non si  
 bi modo:sed omnibus profuerunt:ex quibz mul  
 ti urbes/ et populos ad societatem et unitatem sâ  
 ctissimam deuinxerunt . Alit instituris. legibus.  
 moribus ad iusticiam/et inter se charitatem ho/  
 mines pelleixerunt :Nonnulli suis scriptis huma  
 na/cælestiaque explorata nobis relinquerunt.  
 Denique nullæ tam barbatæ gentes et nationes:

Nicostra  
ta.

Nota.

Nota.

Litterarū  
beneficiū.

Quando  
nocuæ lit/  
teræ .

No.

quæ beneficio litterarum ad virtutem / et laudem  
formatæ aliquanto non sint . Sic illi contra: qui,  
bus sexuum ingenium / sexua mens / sexus animus  
fuit: eadem ipsa litterarum agnitione / atq; peri/  
tia maiora presumpsere lagitia: q; meditari igna/  
ri ausi equidem essent: fieri q; ut de eloquentiæ  
uiribus Cicero inquit: litteræ illis exeritus ueluti  
gladius in manu furentis . Qua de causa et occi/  
dere litteram / et inflare scientiam scribit Aposto/  
lus: et Hieronymus noster sancta rusticitatē mal/  
le se sine litteris ait: q; doctam eloquentiam et pec/  
catricem. Profluentius eorum exempla roma/  
na in re publica scatent ut uel græcas ipsas. uel  
cæteras barbaras gentes / teream: qui honores si/  
bi publicos usurparunt: magistratus asciuerunt:  
bella in patriæ uiscera / tanquam ignem incende/  
runt: fas / atque nefas e libidine habuerunt: tan/  
cum / tanq; augustum dñmiciolum orbis terrarū  
Imperium romanum euerterunt. Litterarum igi/  
tur studia / et ortæ a litteris disciplinæ: ut probos  
ceu instrumenta aptissima ad uitetur coadiuuāt:  
ita improbos ad perniciosiores iniurias scelestio/  
ra q; facinora animant: atq; expediunt . Quā sa/  
ne condicionem / atq; naturam nō litteræ modo:  
sed cætera omnia præclara / et maxima habent:

ut equidē: quod plane est: dicat Apostolus Christi bonis odor aliis ē odor uitæ in uitam. aliis est odor mortis in mortem. Sed quoniam de rebus ad quas litteræ / exquisitiq; sermones et codices nos ducunt: maior: q̄ de litteratum forma ordi / neq; excrébendi nobis est cura: quāq; necq; ex par tes negligendæ omnino sunt: queramus: modo li beat: quibus tractatibus cōmodius latq; honesti / us utendum nobis sit: In quo latissimus cāpus et uasta fartago. Intētest nihilom inus tātum quid elīgamus / et a quo déclinemus: qua in re delin quere impie uideo quosdam / sues lūtulentos imi tantes: qui si forte hortulum amēnissimū aliquē ingressi fuerint: dimissis tedolentissimis floribus olusculisq; salubribus limo se mergunt: et putre si quid offenderint: uorant imprimis ardentiore libidine. Quærunt non dissimiliter isti (prob sto machatio) a comicis. historicis. Satiris. reliquisq; Poetis quicquid inuerecūdius scripsere de amo ribus aut turpius sūt in fabulis ausi: Et habetur id præciosius: quod maioribus incitat et inurit pruritibus flamas. Neque erubescitur pueriles x̄tates: quæ tenaciores eorum sunt: quibus præ / maturæ fuerint imbutæ: infādis luxuriis in scho lis inficere. Habeturq; in primis honoribus Mac

Quæ eli / genda.

Cateto  
poetarum  
illecebras.

No.

tialis hodie coctus. Propertius. Catullus. Tibulus: et pudicos / sanctosq; auctores his delinitissimi fastidit pene iam quisq; / quasi sine talibus turpibus / atq; pestiferis nequeat mollior actas p  
ficere. Qua peste: quoniā ueluti pigmentis mel leis lita se lenius ingerit legentiū animis: nescio qd tetrius: quid flagiosissim: quid capitalius contra omniē uirtutem excogitari potuerit. Quanto enim maiore arte / facundia exquissitioneq; uerborum ea fœditas expolita est: eo equidem magis mentibus se insinuat: figitq; præcordiis. Non fructus litterarū isti: sed instrumenta / laqueiq; di boli sunt. Nō sapere: sed insanire: nō perficete: sed ruere ē. At repugnant isti. Sunt in poetis multa præclara. multa magnifica. multa et prope diuina: si ita eliciantur: ut nix castanea / rosaq; de spinis. Veri nihil inficio. In est. n. cōmixtum his insigne aliquid ueluti etarium quippe elegans atq; eminens: quod a spinis minime mihi uideb̄ posse diuelli: ita sunt simul cōglutinata inextricabili pice honesta cum turpibus. Ab uenere / atque Cupidine spolia uictor nemo retulit tūquā: nisi certe fugiendo. Cum uiciis cæteris congregari / auideque luctari magnificū et gloriosum appri

No.

me est. A libidine autem celeriter fugete / ac con  
gressum-detectare. Hic quidem mihi obseruan  
da uidetur illa lex: quam in conviuis grecorum  
habitam ferunt: ut qui sobrios accessisset: aut q  
dem abiaret: aut biberet. Prudenter itaque Pla  
to poetas eliciendos urbis cœsivit. Et Zeno ad  
perceptionem disciplinatum nihil esse tam ad/  
uersum: q̄ poeticam dixit. In Tusculanis quoq;  
Cicero nec alia ex causa dolenter improbat tra/  
di magistris pueros ad depravata inicias / nanaſ  
q̄ opiniones: quibus mollis illa artas aspergitur.  
Accedunt inquit poetæ etiam: qui cum magnâ  
speciem doctrinæ / sapientiæ q̄ præserulerint: au  
diuntur / leguntur / ediscuntur / et inhærescunt  
penitus in mentibus teneris: In quos non minus  
acriter tonat in diuinis Lactantius institutioni/  
bus suis: et multi doctissimi simul / et sanctissi  
mi nostri temporis viri. Denique quis defecabit  
unquam ita mibi Tibulli / Propertiq; amores /  
Priapeam. Pulicem. Catullum item meum: si  
meus dici poeta impurissimus debet: et sola qui  
argutia / asperitateque nitatur: si non scripsit  
meliora: quam quæ pauca de illo legiuntur /

Plato:  
zeno de  
poetis.  
Tullius.

No:

No.

et lasciuos: quos memoraui reliquos: ut in iis non  
potior omnino sit fetor: quod odor: putredo: quod certe  
synceritas? Cohortor itaque uos: quos diuinorum  
litterarum primus teneat amor oiuuenes: tanquam  
ueneres et pesres sic hos declinare turpissimos:  
Sin tamen seorsum a re sacra eos imbibistis age-  
tes in saeculo cacci: nunc lux in domino facti ser-  
uare quae honesta: et candida sunt: turpia uero et  
imunda ex uestra omni exterminare memoria.

Nota.

O tempus. o et ocium: cuius patsimonia nihil est  
melius: ac preciosius: nobis satis sit ad ea colligen-  
da: quae optima sunt atque sanctissima. Sed magni  
huius: ac publici boni iactura nunquam satis nisi in  
fine deprehenditur: et quandoceu ignauis agitico  
lis messis aestasque pteruit nullis frugibus in hoteo  
coactis. Sed cum huius re deploradæ præsens lo-  
cus non sit: propositum ioni deseramus. Strinximus  
mucronem in malo: lasciuosque poetas pro  
temporis ratione hacten satis. Præclaros tamē  
tanto uicissim honore habedos semper existimā-  
tes: quanto supra humanū uidelicet sensum uim  
quādam diuinā: et participationem uisi sunt ha-  
buisse: et uiris grauibus etiā: atque sanctissimis fa-  
miliares exitisse. Quā (Deus immortalis) sape Se-  
neca, sape Macrobius, sape Lactantius, sape no-

Præclari  
Poetæ.

ster Autelius / .nosterq; Hieronymus Virgilium,  
maxime in ore habuere: sua ueluti gēmis et flori  
bus ornātes poetæ uersibus scripta? Quos ego  
imitatus effeci etiam quoties eorum mundicia /  
admirabilisq; suauitas ueritati conquadrauit: et  
uicia dum illi castigat: non magis irritet. In quo  
si non turpiter adeo Iuuenal is peccauisset: nihil  
aduersus flagicia haberemus ardentius: Sed ita i  
ficientes ille libidines propriis coloribus pingit  
atq; nudas prodit: ut non modo legere: sed eas  
explere tibi uidearis: plusq; uoluptas inhārescat.  
q; certe displiceat: et interdum uelis nolis et si te  
Vlyssem credas capiare Cadmi illius instat: qui  
dum serpentem inspectaret: ueneficā eūm in ser  
pentem uertit contagio. Hoc loci interpellatus  
Stroza suis ut poetis adderet aliquid: subridens  
Tu ingt Matthæe pergit liber. Ita. n. hanc par  
tem cōplesti omnem: ut mibi nihil sane relique/  
ris: quod iis: quæ ip̄e enarrasti op̄is sit addere: ni  
si curiosius uelim hoc tempus cōterere: pr̄senti  
que abuti ocio: quod profecto non expedit iis p̄  
serim: qui mera sunt ueritate contéti. Tum inq̄  
ip̄e ad hanc cum poetis aleam euocandæ et cæte  
ræ artes mibi uidentur: et quæ insignes maxime  
sunt: et uere libero homine dignæ. Quod si lu/

Iuuenal is

A.STRo

MATT:

No.  
Senecam.

No.

bet audite Senecā: q̄ interrogatus a lucilio nū liberalia studia uirtutē bonum reddetent: negavit hoc indubie illas promittere er sciētiā affectare. q̄ppe grāmaticem asserens circa cutam sermonis uersari et si latius euagetur interdū circa carmen atq̄ historiam. Ita geometriam circa edificia et latifundia metiēda. Aritmetricā circa numeros. Musicam circa cōcentus et sonos laborare: sic et reliquas philosophiæ p̄ partes: pr̄ter moralem: p se nullo modo ad sapientiā tendere nihilque ad uirtutem omnino conferre esse rudimenta / non opera. bono uiro magis dediscenda: q̄ ediscenda. Nā quid haber inquit ad uirtutem grāmati-  
cus ex syllabis et uerborum diligentia / et fabula-  
rum memoria / et uersuum lege? Quid ex his me-  
tū demit? cupiditatem eximit? libidinem frenat?  
Quid musicus docet: uocum / et nervorum iter-  
se concordiam? Quid angulum in partes diuide-  
re? quid astrotū nomina / interuallaque siderum  
dicere / et huiusmodi cetera? Ita plane est: ut ad  
monet tantus iste Philosophus. Nam etsi ista ho-  
nesti / et magni nominis sunt: parum tamen iu-  
uant: si et non impediunt: ut putat ille: ad  
eam scientiam: qua nobis ad beatitudinem est

suapte natura perductrix semper et comes.  
Est ea igitur uere certa: beataque scientia: et a  
nostro Rege sancto magnoque ppheta exopta  
ta: qua erudimur unde euadamus uere beati.

No ,

Quæ ignorantiae: ceterorumq; morborum et x  
gritudinum animi expultrix est: atque curatrix:  
inducens in sanatos a se animos: tanquā in regi  
am ubi confidant: Prudentiam. Iusticiam. Pie  
tatem. fidem. Constantiam. Patientiam. Religi  
onem. Sapientiam. charitatem. et Spem in Deo  
uitam: atque firmissimam. Sed illi sane non tan  
tū hoc honū: et decus studiorum satis agnoscūt;  
qui operam suam ponunt omnem ita nuda in  
litteratura: ut fructum nullum quæsisse uideant  
alium: q agnitionem duntaxat litterarum: atque  
uerborum: superstitiose et sape in hoc ita se ha  
bentes: ut nihil iis occurrat in litteris tam dignū/  
et eminens: quod garruli illi / et leues non car  
pant: immo et rabido dente non lacerent: ama  
rum quidem absinthium nullo cum melle sem  
per ore gestantes. De uocabulo singulo, De  
punctis. de characteribus. de diphthongis .de sim  
plici / geminata ue littera semp füssurātes; nihil  
vero de rebus: quæ scribūf: pensi / degustatiōisq;

No. Studi  
ose.

No.

Duo litte  
rati ridicu  
li.

récipientes: de quibus rete inquit Apostolus semper autem adiscentes: rurumque uero proficientes. Quis nō ridiculos eos duos nostri téporis famosissimos in docendo uiros / atque magistros: quos modestia causa non nimino: non irrisit atque cōtempsit / qui diu rixati immo et ad collaphos ppe matuo inuecti ea ir contentione fuere Ociūne per. c.litterālān per.t. Ita quoque an spera/ per sp. uel sphaera per. ph. scribenda essent/ quāsi doctus esse non possit: quem fugit res aliqua minima: et qui cum summa peritia si quid leue non perpenderit / aut dormitauerit quandoque: ut bonus Homerus : prodebat habendus ludibrio . Sic et cui non sit peculiari hodie Martialis/et Plinius: Eorumque argutiæ/et obscuritatibus uel loquēdo uel scribēdo nō innata: inertiæ sit/depiciisseque illi uigilare/et labor omnis studiorū uideaat: ut penes istos Maroppe iam lagreat/ ac uis illa diuina: et sape sanctissima Ciceronis. A quibus illud regredū puto anteque caneret BARBARA Pyramidū: et Plinii naturalis splenduisse/et historia/nū plures ex illis prioribus corruscauerint eruditiores plane: que mō? Et nūc quoque plurimi sine istis meliora assecutū sint uere doctiores/aut saltē prudētiores? Nos se aut̄ oīa si quis potuībilisque negligere: pfecto ille

Sit mihi Deus. Sed qui non possumus / nos inici  
ati deo præsertim / tam multa complecti : adoriam  
ur potiora/inania ac fabulosa declinates enyg  
mata:nec quæso plus allicit nos fucus:q[uod] ueritas  
Præstantissima igitur illa scientia: quam queri/  
mus et quæ magno illo :quem exigit Seneca: est  
animo habenda dignissima non est in litteris ali  
ter :nisi quatenus uel deus optimus: uel uiri san  
cti /ac præcellentes per litteras tāq[uod] per uoces nos  
ad uirtutes erudiunt atque incendunt:unde me  
rito dicat apostolus Quæcunq[ue] scripta sunt:ad  
nostram doctrinam scripta sunt:ut per patientiam  
et cōsolationem scripturarum spem habeamus:  
de seque Hieronymus inquit mei operis/atque  
studii est multos legere libros:ut ex plurimis di  
uersos carpam flores in tam omnia probaturus:  
q[uod] quæ bona sunt electurus . Ego studia tamen  
ista elegantiae atq[ue] uerborum non agresti omni  
no / tetricoque iudicio ita explosi unquam :ut a  
cognitione affectantis ueram scientiam:exqui  
tentisque uirtutem abradēda putauerim : Quin  
uero:si ad bonitatem ingenii atque naturæ: si et  
ad diuinam in hominem gratiam adiuncta fue  
rint :nihil plane in natura omni / dignitateque  
mortali inueniri exactius posse clara quidem uo

No.

Nota.

ce proclamo : nedum exultimo . Etenim cum  
multarum rerum cognitione singularis eloquē  
tia habere uitutem / ac bonitatem : munus est p  
pe diuinum : quod si prope diuinum : certe et ma  
ximum : pro quo adipiscendo atque tuendo non  
modo leuitet : sed ad improbum usque iugemq  
fudorem prudentissimo cuique / et ad fœlicita  
tem anhelantissimo est annitendum . Quod uti  
nam possimus et ipsi quidem indesinenter quā  
diu nobis uita supererit . Ad quod o fiat Deus .  
O fiat cōgeminātes omnes discessere . Habuitq  
concio eius diei finem : et plausum .

**FINIT QVINTA COLLATIO.  
EIVSDEM MATTHAEI DE INSTITV  
ENDO SAPIENTIA ANIMO. VI. INCI  
PIT LIBER. ARGVMENTVM.**

Vantū ualeat oratio ad sapientiā cōpādā  
q doceat hoc libro . distinguit et triplex ora  
tiōis gēus : q alia deū . alia supos . alia mor  
tales hac ī uita respiciat . Et horū triū generū qđ  
que iterū ptiſ ī q̄tuor : q̄uoniā q̄tuor modis colē  
dū deū ēē p hōinū p̄ces : Et quatuor modis ēt ro  
gādos ēē Celites edocemūt . Tertiū uero genus :  
quod dictum ē ad hōines p̄tinere non isto tam ē  
Sed in sequēti : hoc ē ī septimo cōsumabit libro .

Pulchre d  
Cambio.

Ondelectabar s̄pē unaq; uacabā meo  
 cū Cābio Bosso: dū uiueret: cū sermōi  
 bus optimis: tū iiero studiis sanctis: atq;  
 diuinis: Qui uir ī quo cōsideret gradu  
 sanctitatis atq; doctrinā haud ignotas tu Seueri  
 ne. Hic tāetsī erat erga oēs plane dulcissimus: ui  
 tabat multitudinē tamē: nec se facile credebat in  
 cognitis: ne frugale tēpus ullū cogeref amittere:  
 unde ad orationes et cōtēplatiōes: quas ille habe  
 bat altissimas s̄pē et lachrymosas: ociū assequē  
 ref occulte. Quāobrē ne qd assidui eius opis illi  
 surriperē: quo ī rē suā tā parce utebaſt atq; p̄cla  
 re: obseruabā diligēter ipse tēpus aliquod uacuū  
 et subsiciū: quo illi mecū uel sermo uel deābni/  
 latio foret acceptior. Nequeo dicere quale eo emi  
 grāte uirtutū oīum odorē / fructūq; p̄didimus.  
 Erat enim solers p̄ter cāterai in īgrēdo: prōptus  
 et placidus ī respōdēdo: et ī utroq; subtilis et pa  
 curus. Ab eo cū aliquādo quālissē quā una facili  
 or esset ad sapiētiā uia: statī ille nibil oratiōe ac p̄  
 ce aptius īgt: cū cāteris: tū religiosis maxime no  
 bis adiūcto studio: atq; labore: q̄tō ī nobis ēc pōt  
 pficiēdi. q̄d ego etsī sēp ita putarā: atq; docuerā:  
 nūq; tamē ea ī te tātū euigilauerā: q̄tū posrea au  
 dito graui illo et totiō bōitatis ac prudētix uiro:  
 cuius ea tāta me sic urgebat opinio atq; auctoti/

tas: ut non invenitē: quēm qualibet in re malle  
audire: q̄ illum/ aut cum quo esse: q̄ secum. Nā  
si parua inquit ille tam s̄xpe togamus: nostrā sci  
licet/ amicorum q̄ salutem. quietem, opes, luera,  
matrimonia, pluvias, serenitates, et equi, bouis.  
alterius ue iumenti ualitudinem: quanto magis  
quidem nobis rogabimus sapientiam / quæ una  
virtus tuetur animum / ac liberat ab improbis cu  
piditatibus / timoribus / spe uana / atq; stulticia?  
ponitq; sapientem / et s̄ sui exmulum extrā fortuitā  
omnia/ facitq; se ipso esse contentum / et quæ fo  
ris sunt si habet : iis utii pro tempore: sin caret: ni  
hil sibi deesse putare: quando nō habet: quæ su  
iuris uere non sunt: atq; tristia perinde / ac lata  
conspicere: quæ sint urisque cōmunia bonis et  
malis: et animantibus r̄que rationis expertibus.  
Quæ beneficia collat: per sapiētiā homini ab  
alio assequi: q̄ a deo ipso: nō satis quidem legiti  
me possumus. Hanc sententiam hodie Cambii  
mei in medium adduxi his ferme uerbis: quibus  
affatus sum modo optime mi Seuerine : qua  
audita/ omnibus placuit / ut quantum ad sapien  
tiam uis otandi ualeret accuratissime quateret.  
Sed imprimis quæ esse oratio: quæ rem tantam  
fficeret : uocalis ne aque sonora: quæ tierba ex

tollit gloria de Deo / atq; magnifica: an quæ tacita secū ruminat altiora. Ad quod præparatum me existimantes rem ut prosequeret persuadere Quocirca ipse sic cœpi. Orationū genus triplex esse uos scire haud equidem dubito. Et horum aliud Deum. aliud cœlestes. aliud seipso spectare homines. Iterū tria hæc genera in plurali diuersa que partiri. Quatuor esse imprimis: quæ ad deū pertainent .ad cœlestes uero / atq; ad homines totidem: et hæc inspicienda enarrandaq; singula: ut quo redimus perueniamus / colligamusq; modos orandi aptos et ueros.

Orādi uarietas

Diuino ex tetragono igitur primum membrum laudationi deseruit: quod exequimur: cum in oī creato / rerumq; genitura effectorem Deum contemplantes/ac uenerantes laudibus in æternum extollimus uoce uel mēte. Hoc usi indesinenter sancti omnes. hoc et quotidianie catholica electorum omnium in terris mater facit ecclesia . hoc et propheta inumeris ferme psalmotum hymno rumque carminibus :ex quibus plane laudibus (mirabile dictu) quæ suauitas et quæ dulcedo animi influat in mentes orantium/ inq; aures: dum publice aguntur: populorum. Liquescunt horū saepe præcordia. Stillant oculi lachrymas , soluunt

Laudatio

Nota.

k:

Apta similitudo.

et animi attracti tanta dulcedine. Si uideris quem  
piam: qui finxerit hominem: uitiam indole amu-  
lantem: aut struxerit templum mole pulchritudi-  
neque: stupendū collegēt: quod in eo mundum omni-  
nem in orbem arte symmetriaque mirabili: ubi ca-  
los omnis inspectes tamen paruo illo globo mo-  
ueri / sidera / stellasque siros cursus conficere: Tē-  
pus diei / noctisque denique omnē discretum per  
horas: atque minuta: quod te subit uoluptas egregia?  
Quod et saepe opificem cum laude habes in ore? an  
non de benefico / et maximo deo longe magis id  
effecerimus: a quo uita. ingenium . oculi. manus  
que opifices sunt homini datae? as quoque lapides.  
colores / et instrumenta cetera, modusque / et ars  
illi suppeditata / suaque in nobis imago: ceteris au-  
tem i rebus uestigium impressum? Vidimus hac  
in te Fulgentium illum Cremonensem concava-  
nonicum nostrum asidue feruescere / dum flo-  
res / poma / sataque uideret: dum uim elementorum.  
Solis fulgorem. flumina. montes. reliqua/  
que natura spectacula attractus secum reputaret  
inque deum auctorem ea cuncta transferret: in  
quo persaeppe neque lachrymas / neque clamores  
retinebat: quod et de illis plerique factitarunt.  
Hinc et Philosophi primum cœpere uirtutem

Fulgētius

No. d. phi-  
losophis

diuinam agnoscere : et causam primam deum  
 nuncupare : ac plena Iouis omnia Poetæ decanta  
 re . Speculati sunt enim rem profecto nullam a  
 se ipsa ortum habere : nihilque fieri : nisi per alte-  
 rum posse : neque progressionem ad infinitatē  
 inueniri in natura ullam : quoniam finis mouet /  
 ac terminat operantem virtutem omnem / siue se-  
 sibilem / et tatione praeditam / siue ratione et sen-  
 su uacantem : ut permeare ad infinitum res nul-  
 la equidem possit . Neque enim finiti cum infini-  
 to coniugationem propter indemensam inter se  
 distantiam ratio / aut natura concessit unquam :  
 nisi mirabiliter diuinam cum homine in uno ue-  
 to Deo / et homine Christo . Ita etiam si se ali  
 quid dicatur efficere : mox sequetur ineuitabile /  
 et impossibile illud : ut id : quod se efficit : sit ante  
 quam fuerit : aut simul sit atque non sit : et q̄ idē  
 eodem momento agere quidem et pati comperi-  
 atur . quæ non minus aliena sunt ab omni conce-  
 ptiu / ac ratione : q̄ exclamate in rebus nullam es-  
 se naturam / uel possibilia / atque impossibilia o-  
 mnia xque fieri posse : quod sanus nemo un-  
 quam uel cogitauit : ne quidem sensit / aut ue-  
 ro dixit .

No .

No .

No .

k .ii.

Caput aliud orandi ueritatis in referenda gratia  
Deo pro perpetuis / et maximis erga nos donis /  
ac meritis; in quo prophetam / Paulumque uide  
mus assiduos. Etenim grati / et recti animi est re  
pendere cui debeas pro qualitate officii gratiam  
quantam potes / et uicem : quod facimus erga  
proximos etiam ex omni re parna suscepta; si ab  
humanitate alieni aut uero prorsus excordes no  
simus. Sed erga Deum uirtus ista non frequenti  
curae modo : sed quotidianae latq; perpetuae no  
bis esse debet omnino : qui omnia p momenta p  
exteris nos serui sui diuinis beneficiis perfuncti  
sumus / affatimq; perfungimur / appellati genus  
electum. Regale sacerdotium . gens sancta . et po  
pulus acquisitionis . vocatiq; de tenebris in ad  
mirabile lumen / atque fulgorem. Quippe qui;  
si enumerare curemus interdum quæ / quantaq;  
sunt: quæ ab illo accepimus: quis nostrum erit tā  
inuereundo ingratoque animo : qui non conti  
nuo se psternat in terram / et sublatis in cælum  
manibus cum ppheta non clamet Benedic ani  
ma mea domino / et omnia: quæ intra me sunt  
nomini sancto eius? Benedic anima mea domino /  
et noli obliuisci oēs retributio[n]es eius ? Etenim  
tanta / tanq; uaria / atque largissima illo ex beni

Nota.

gnissimo fonte beneficia ad singulos effluunt:  
 ut neq; quisq; inueniatur uel tam miser uel incō  
 modis tātis attritus/infortuniisq; iactatus: i quo  
 quicquid ē aduersi dona gratuita non superent;  
 plusq; etiā nō sit quod accepit/semperq; accipit:  
 q; quod amisit:et non potiora existant ;quæ sūt  
 ad salutem concessa:q; quæ uexant corpus in ui-  
 ta.Immo uero neq; mala ulla uiro bono possūt  
 accidere/nolentēq; impetere uitute superāte ne  
 quitiam:et fortissimo/ac tolerantissimo cuiq; co-  
 ronam imponente constantia.Q uare eripiat qc  
 qd suū ē a sapiēte fortuna opes dico,uoluptates  
 honores,patriam,affines,amicos,eundem mala  
 ualitudo uexet in corpore:aut hostis in vincula  
 tormentaq; coniectum excruciet:neq; mali qcq  
 penetrabit ad animum:nisi consenserit:tam po-  
 tens est in electis contra procellas/et malorū om-  
 nium gurgites:peruersorum quoq; hominū ne  
 quitia diuina virtus et gratia/et ea libertas:quā  
 ualidam et inviolabilem deus animis nostris at-  
 tribuit .Pleni uniuersi sunt libri partim nostro-  
 rum martyrum/confessorūq; sanctissimorū:par-  
 tim ipsorum etiam philosophorum magnis/et  
 claris exemplis.Negabimus igitur:si grati simus:  
 ista beneficia tanta immortalib; laudib; digna?

k. iii.

et non feruidæ semper gratiatum actiones centū  
suorū patri miseracionum et consolatoriōm  
num deo resonabunt: in quo vincimus quicquid  
uolumus grauia omnia et aduersa latissimis

Stupor de  
virtute di  
uina.

Quæ res cum plene constet: Tertiū orantem modum  
dum opportune sequemur: quidem enim diuinis  
na cogitantibus nobis admiratio quædam et stu  
por insurgit ab ingentis et perspicaci diuinorum  
cognitione excitatus et plurima erga deum chari  
tate coniunctioneque pet fidem incensus. Quæ  
res orantem ad alienatōnem sape et extasim sub  
uehit: ut qui sic afficitur: interdū quasi extra se  
factus quod agat aut ubi sit nesciat: uerū fata bea  
ta uita non procul. Quæ psalmus quoniam cū eis Pau  
li raptus atque Hieronymi prima disputatio age  
tur: satis fuit illustrata: p̄terea ūda paucis dies mi  
hi plane uideſ.

Honor de  
bitus deo.

Quare ad quartum illum: quo otamus deum  
modum: qui tributarius et cœsuaris solet appellari:  
potius transeamus: ubi de tributo uenerati  
one quæ diuina acturi: magnos in urbibus uiros et  
apud Reges et Príncipes aulicos imitari nos opor  
tere profecto crediderim: qui cum aliud negotiū  
minime obeunt: honoris tamen et reuetētia: gra  
tia suos salutatū quotidie dominos p̄gūt: is assi

dentes tueluti ad huncū parati: et nouū q̄ppiā ex/  
 cogitatum ingerētes: unde uerbo eis/ aut re pos/  
 sint applaudere: quod si effecerint: rem gloriōsā/  
 omniūq; dulcissimam se assēcitos utiq; putant.  
 Nam incredibile iis fuerit: qui iſrorū nūq; mores  
 et diligentiam inspexerunt: quāto ut placeat/ stu/  
 dio cura/ arte/ anxietateq; peruigilēt. Ita nos quo  
 que ab his excitari/ cu m desunt cetera/ aut ad alia  
 sancta/ glōriosaq; tepeſcimus: hoc uel unum: qđ  
 passim nobis / et semper paratūm ē/ constitutum  
 atq; facillimū: non deseramus. Vēctigalia tanq;  
 municipes/ et ceu coloni primicias: sic oblationē  
 nouam cordis nostri quottidie / fructūq; labiorū  
 offerramus deo/ et regi gloria nostro. Flectamus  
 corpus in genua/ sublimes in cælum tollamus o/  
 culos: iungamus et palmas / illudq; ore deuoto  
 quisque depromat Fiat cor meum īmaculatum  
 ī iustificationibus tuis ut nō cōfundar. Nō ē mi  
 hi deus: quod tibi offeram maius / chariusque  
 me ipso . Sacrificium / et rerum oblationiem no/  
 luisti / aures autem perfecisti milii. Holocaustum  
 et pro peccato non postulasti : tunc dixi ecce ue  
 nio . Hac dedissem / si dilexisses : sed holocau/  
 stis / et morticiniis non delectaris : cot autem  
 contritum et humiliatum deus ipse certe

No .

k.iii

non despicias. Hoc tibi trado. hoc tibi uoueo. hoc  
tibi sacro. Ast uero tu domine: qui illud finxisti  
rectum et innoxium: iam uero deprauatum / im-  
purum: ac reum in melius iterum confla / instau-  
ra reforma: quando præter excelsam tuam ma-  
num: hoc uirtus quantalibet nō potest alia. Tu  
as agnosce animas. tuas imagines. tua insignia.  
tua decora. tuaq; in nobis monumenta conditor  
deus: qui si nos sustineas: stabimus: si deseras cor-  
ruemus: si non miserearis interibimus . Addant  
ad hæc hymni canori Oda / laudesq; fœlices ceu-  
pensum humanæ seruituris et uitæ: quod q; i cu-  
rabit: et ager assiduus: erit nunq; indignus ciem  
inter suos deus agnoscat: famularūq; decoet. at  
que ista primo de quaternario hactenus fais: ne  
locus cæteris desit.

Secūdum  
qternariū

Iam uero secūdum consequattur: cuius opis est  
edocere quemadmodū post deū tenerand/rogā-  
dique nobis sint cælites: cuius primū rei membrū  
in hoc sane uersatur: ut proposita nobis sanctis  
simorū hominū uitalatq; memoria: nos illi tādē  
reflectant in deum: cuius gratia et uirtutes singu-  
lari quicquid habent accepere. Est quiden deus  
ipse magnitudine/ uirtute/potentia uita ap; na-  
tura immensus adeo: et i apprehēsibilis: ut crea-

No,  
De sāctis  
rogādis

tura in se ipso agnoscere minime possit: nisi quatenus per exquisita quaerendi admirandaque opera ipse se indicat et paretur sensibus nostris: quod: cum in ceteris omnibus: tam maxime in illis efficit: quod amplissimis diuinisque cum virtutibus uel martyrii fortitudine uel uirtute constantiae uel doctrinæ claritudine insignes extitere. Ex quo illud egreditur: ut cum nobiscum animo reputamus quod: et quod impossibilia naturæ illi persistenterint: se nobis protinus ingerat stupor ille propheticus Mirabilia opera tua et anima mea cognoscet nimis: et illud alio in psalmo persimile Mirabilis deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit uirtutem plebi suæ bene dictius Deus. Inclamemusque cum Iacobo omne datum optimum: et donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum. Soluaturque mens ois in dei magni et singularis laudibus. Sicque excitatus ex his stimulis animus incandescat tarditer ad ea: quae nostre illi naturæ consortes eadem in carne: quae et nos teguntur infirma scilicet et corruptibili ad epti sunt premia atque insignia. Neque scio quid maius ullis in rebus excogitari iam possit: aut tanto miraculo dignius: quam mortales uenerationem: et cultum communem habere cum deo. O præclarum sortem humanam: ac supta beatum facinus

Mirabilis  
Deus in sa-  
ctis.

No.

omne compendium: A mortali vita / infectaque  
natura / ac in perditione acente ad diuinā usq;  
participationē: atq; uitium excedere: et idignis  
sima in seculo passos / cælesti i gloria omnimo  
da fœlicitate compleri: diuosq; censeri. Denique  
uim diuinā / et sapientiā et bonitatem ueluti in  
speculo sic in homine cernere: dum orātes de sā  
ctorū meritis atq; triūphis cogitamus: et in iis de  
um colimus / ac ueneramur.

Impetra  
tio.

No.

Cum hoc altera nobis / et ea quidē et magna / et  
frequens in sanctis rogādiis accedit utilitas : quæ  
impetrandi dignitatē et nomē est merita . Qd  
enim inualidi ipsi / uilesq; non possumus : illi iā  
aucti gratia / et amicitia perpetua deo deuincti  
exposcentes nobis obtinent / eosq; modo aduer  
sus huius uitæ discrimina / modo aduersus incur  
sationes ueteratoris antiqui / modo uero er in ex  
petendo / procurandoq; nobis iure / ac heredita  
te cælesti p patronis et mediatoribus habemus /  
infractisq; præsidiiis: Quod faciunt bonitate eo  
maiore: quo præsentem dñe gloriam longe plus  
amant: q ab eo dum exultarent / et nostram salua  
tionem moluntur ardentius : quo meliores :  
quo et communem denique fœlicitatem augeri

delectantur ex numero. De quorum procuratio  
ne et sedulitate piissima / uirtuteque : quam ha/  
bent : qua post mortem uiuentibus auxilientur  
non est ut possit quisquam dubitare / ita est res  
iam ipsa comperta / atque conspicua. patens per  
exaudita / et redditam tam sape hominum uota,  
per uisus multiplices sanctorum ab inuocantib⁹  
species per sacra diuinarum testimonia scriptu  
tarum : et monumenta : quibus refragari / uel  
ratio / uel pietas christiana non possit. Nam præ  
ter reliqua: si nos exempla delectant: que ad fi/  
dem faciendam magnam uitam habent: Machabe  
orū insignis prodit historia Iudam machabeum  
quo tempore congressurus esset contra Nicano  
tem hostem patriis pro legibus / suorumque sa/  
lute uisum dignum fide per quietem habuisse.  
Oniam uitum quondam probatae uirtutis / et  
summū / dum uiueret / sacerdotem pro dei popu  
lo orantem inspexisse: Subinde apparuisse sibi  
alium cum Onia xstate / gloriaque mirabilem /  
dixisseq; Oniam hic ē fratrū et populi Israelitici  
magnus amatot. Hic ē: q multū orat pro populo,  
dei Hieremias Extēdisse tū dextram Hieremiam  
et dedisse Iude gladium aureum / et affatum  
eum ita fuisse Accipe sanctum gladium / munus

Iu. Macha  
beus

a deo: in quo deiicies aduersarios populi IsraeL  
Deniq; conserendum cum iam manibus esset :  
Nicanorem in tubis et canticis affuisse exultabun-  
dum: quem hominum bellatorum multitudo et  
apparatus equorum / et baluarū spe fallaci foue-  
bat . Contra in humilitate cordis et precebus ma-  
chabeū accessisse: qui ubi coeptū ē cōminus agi:  
non destitit eo gladio in hostes grassari / et i ce/  
dem Nicanoristarū summ militem animare: atq;  
inuehere: donec quinque et triginta ex hostibus  
milia uulneratis cecidere. Quo fælici euentu ui-  
ctores facti/ latro excitato clamore/ et patriā uo/  
ce hymnos Deo fautori modulantes ingressi sūt  
Hierosolimam/ truncū Nicanoris caput/ brachiū  
que media a ceruice disceptum hastilibus subli-  
me ferentes. Sed quid hac in re clarius testimo/  
nio Petri primi apostolicæ magnitudinis patris:  
qui sanctis cōmunem cum illo gratiam expectā-  
tibus/ de se sic pollicetur! Certus sum q; uelox est  
depositio tabernaculi mei secūdum q; dominus  
nostrer Iesus Christus m ihi significauit. Dabo au-  
tem opetam/ et frequenter habere uos post obi/  
tum meum: ut hotum omnium memoriam faci-  
atis. Sed neque catuūt xtas hac nostra apertis hu-  
ius ueritatis indicis . Quippe sumus adhuc

No. de Pe-  
tro.

No. Victo  
riā Rhodi  
orum.

memores: ut puto: nos ferme singuli a Rhodiis  
āno post redemptionē humanam. M cccclxxx.  
meritis diuini filii genitricis virginisq; Mariæ ac  
beati Præcursoris Baptista Maumetū infandum  
dirūq; Turcarū tyrānū: qui nō modo p̄sentia / i  
stāntiq; furore : sed solo uel nomine christianis  
ōmnibus formidini erat: propulsum a mœnibus:  
quibus iam potiretur / et profligatum a castris  
fortissimis parua christianorum manu turpissi/  
ma cūm clade / exitioq; suorum: qua tanta victo  
ria omni nostra recordatione nihil auditū ē glo  
riosius. Cōstantis fama perlata quaq; tunc fuit pa  
lāque ab suis capti uel profugis æque uulgata.  
Muros tenentes / descēsurosq; per scalas in urbē  
crucem auream in aere splēdidissimā inspexisse  
hostes. Apparuisse insuper cādidiſſimam Virgi  
nē Christi matrem clypeum / hastāq; quassantē  
ac īrsono uilique amictu inde Baptistam magno  
comitatu p Rhodiorum stare p̄sidio. Qua ni /  
sione pterritis / atq; attonitis Barbaris nihil fuit  
potius atq; consultius: q loco repente decederet  
pedēq; in fugam p̄celeriter miserabiliterq; refer  
re. Ita oēs iā populi / et singulæ urbes: ut pluri  
ma alia exēpla hinc īde cōpta dimittā: in cuiuspi  
am cælestium se addicunt patrocinium / et clien  
Patro  
ni Vrbii.

Letanix.

IO.PHI

telam: cuius se auxilio tutos iri omni in periculo  
fidunt: et ut fidūt euadunt. Sic ecclesia ipsa ca-  
tholica/sanctorum/sanctarūque suppetias quo-  
tidie inuocare non cessat: quod non ageret: si fœ-  
lices in cælo animæ surdæ erga nos essent/aut cu-  
rare humana minime putarentur: Sed qā curāt:  
nobisque:cum ueniam:tum gratiam apud deū  
implorāt:idcirco illos inuocare: illis supplicatio-  
nes decernere: illis uouere nunquam desinit fide-  
lis /et prudens/ac ueri conscientia mater ecclesia.  
Quis nostrū denique huiusmodi cælestium tu-  
telam/fauorem/auxilium in se ipso non sensit ali-  
quando? Sed nostra prudenter præteteo: ne arro-  
gantix detut ea memoras!le de nobis. Tum Ioā.  
Philippus non secus esse: q̄ enarrata et constitu-  
ta a te sunt ista Getmane certe putauetim: Sed il-  
lud uelim præterea explices: quod plerosque ue-  
xat /et agitat: ut fœlices: qui in cælesiibus agunt  
de terris exaudire uoces possunt sine auribus no-  
stris: cum aures terræ cōmiserint quoad in fine  
sæculi simul cuncti in uoce tubæ excitemur ad  
uitam. Sed neque eis explotare animos /uota/cu-  
rasque hominum (arcatum et singulare dei o-  
pus) liceat ullo uel modo. Hoc esse cognitu di-  
gnū Matthæe mibi plane uidetur: quod si' expe-

dieris: te factūrum puto rem omnibus gratam.  
 Ad quem ego Philippe inq siue curioso figmē  
 to: ut me experiaris non ignarus (Id. n. sape ē tui  
 moris) siue id uero bona uel fide perconteris: di  
 cām tamen ego sincere: candideq; quod sentio:  
 hos ipsos sequens: q̄tib; sum semper assensus:  
 magnos sanctosq; Theologos: qui nostras a su/  
 peris nō mō exaudiri uoces: sed tacitas p̄ces: uota  
 quoq; gemitus: lachrymas et inspiciet intelligi  
 afferunt: non auribus uero: quæ humi tabescūt/  
 non clamore: qui tam sublime nullus ascēdit: nō  
 inspectu cordium: quæ nemo inspicit satis: nisi q  
 ea finxit: singularis deus et maximus. Verū mira  
 bilis gloria: atq; potētia attributo eis: et cōcōmu  
 nicato splēdore: qd' diuinū: et unigēitū ē dei uer/  
 bū: i qd' p̄spiciētes: nō p̄ corpus mediū aliqd'/ ne  
 que p̄ sensū organicū ullū: sed p̄ mētē illustratā/  
 deformatāq; ad illuminationē tā altā: atq; mira  
 bilē sic attollunt supra se ip̄os: ut uideāt ipso in  
 uerbo: et hauriat q̄cqd ad eorū iþorū uel desyde  
 riū: uel dignitatē: et ad supplicū simul uel salutē  
 uel cōmodū specter. Quisq; n. i speculū illius x/  
 ternæ claritatis itenderit: eū latere nihil: quod fo  
 ris sit: fas esse dicunt: quod omnino non uideat:  
 Immo longe præclatius: ac spectabilius in

MATT.

Quomō  
 sancti nos  
 audiūt.

No.

ipsa causalitate diuina/ac sempiterna q̄ in se qui  
dem ipsa : res omnis inspicitur : quoniam quic  
quid rerum omnium est : altius insignitum / ex  
pressum / formatumq; uiget in Deo : q̄ i ppria  
mobilitate / infirmitateque naturæ : quæ aut la  
borat semper inconstans / aut uero tabescens te  
dit in nihilum. Possunt et custodes Angeli : qui  
ad uitæ frena nobis assistunt : nuncii : unde no  
men habent : et mediatores inter nos esse atque  
celestes: qui iidem faciem Dei patris ubiq; cerne  
re ex euangelio prædicatur et de quorum mani  
bus in Apocalipsi Ioannes uidit fumum pdire  
aromatum / celumq; petere: quæ sunt orationes  
sanctorū in conspectu dei allatae ingressaq; per  
Angelos .quod indubie Thobix Raphael indi  
canit : dum feruidus in oratione fuisset: Quādo  
orabas tu inquiens et nurus tua Sarra ego obtu  
li memoriam orationis uestræ in conspectu Dei.  
Quæ postq; locutus sum : ne ultra progrederer  
cupidus Io. Philippus hanc te rogo inquit fra  
ter uel omritis uel differas partem. Porro ex quo  
nos exaudiunt sancti et ad hominum gratiam /  
salutēq; declinant : aueo magis quibus eorum cō  
moditus / atq; fœlicius in res nostras utendum sit  
nobis : agnoscere. Quibus ne malumus sine de

iectu / rationeque quæsita : an maiore consilio qui  
busdam præsertim hærere / fidereque conueniat : et  
in ferendis auxiliis alii ne aliis præstent. Ad quæ  
ego quid putas de hoc tu inquit o frater ? Cui sta-  
tim ille ego maiores existimo maiora datus.  
Sed illud admiror esse sic multos : ut ad inferio-  
res magis confugiatur quasi malint leuiora suffra-  
gia. Quocirca querere de causa quid tute sétias  
non inepte facere sum arbitratus. Tu ego inquam  
Philippe Quiaque sanctudinis / atque uitutis in toto  
orbe fœlicitas cui præcipua / aut maior obuenierit  
non humani profecto : sed diuini iudicij est / Atque  
ita ut possit nemo repudiata temeritate de se ipso  
decernere quanta apud deum gratia ipse sit dignus  
et nemo altissimum diuinæ mentis consilium per se  
capiat satis etiam si nullius mali sit sibi conscientia  
multa sunt tamen : in quibus rogari quædoque mi-  
nores / que clariores præstet : de quorum tamen gradi-  
bus ecclesia nisi per extetiora diiudicat. Illud uero  
fuerit quoties qui queritur et supplicat : maiore  
agi fidei et deuotione se sentit in exiguum : que in ma-  
gnum quidem / atque spectabilem. Siquidem ad im-  
petrandum nihil fuit unquam fidei deuotioneque potes-  
tius : atque validius : quippe quibus proprium et pecu-  
liare uitutibus primum existit et miracula et signa

MATT.  
IO.PHI.

MATT.

Quæcumque  
sæcis  
rogationis  
discretio.

No. fidē.

L i

facere: et dona latq; uota complere. Recte igitur  
ille utm eius rei nobilitatēque percepit: qui filii  
liberationem: quem torquebant demonia: peti/  
turus a domino/ cœpit his uerbis/ incredulitatem  
domine adiuncta meam. Audierat enim a domi/  
no ex mensura fidei supplices exaudiri: et ab eo/  
dem illud palam prædicatum fuisse. Si habueri/  
tis tantam fidem sicut granū sinapis/ et dixeritis  
huic monti transī hinc et transibit / et nihil im/  
possibile fore credenti. et centurioni Puerō suo  
uitam p̄canti responsum uade et fiat tibi sicut  
credidisti . Atque imprimis causa h̄c esse mihi  
uidetur: unde in exorando tantis sit uiribus fi/  
des. Etenim quantum quisq; crediderit: tantum  
ē opus ut speret. Quantum autem spauerit: tan/  
tum amet / et cupiat. Quantum amauerit / et cō/  
cupierit: tantum denique quaerat / et ardeat . Po/  
stremo ubi egregia tanta concurrunt parē orati/  
ones nullo modo languescere inefficacesque ab/  
uolare. Sed irrepant ad deum usq;/ pulsent/ fran/  
gantque omne cælestē: fiantque tandem compo/  
tes pollicitationis illius ueritatiuiniique oris Amē  
Amen dico uobis quicquid orātes petieritis: cre/  
dite quia accipietis/ et fiet uobis. Itaq; uides quā  
to cōmodius interdū p̄ p̄zellētem fidem ad mi

Nota:

Cut mino  
res rogent

No .

Alia ratio

notes se conuertit de p̄cantis int̄tio. Quod fieri  
 alia quoq; ratione s̄ape fuerit opere p̄cium: ut ex  
 uarietate uehemētior delectatio orādi cōsurgat  
 (Sigdem expetibilius ac studiosius semp̄ aliqd  
 habet in re omni uarietas/ rediūq; sedulitas) Qua  
 re fastos dies, atq; nefastos/ludorū/ et operū: q̄b̄  
 mixtim et altetnīm uteremur: iure inuenti sane  
 uidentur. Sic magna Parens ecclesia modo dei /  
 modo cælestium beatorum laudes/meritaq; con  
 celebrat: quo ex uicissitudine labori tediumq; fa  
 cessat: et agnoscatur/ et surgat ex singulis tam ua  
 riis admirabilior deus/ sicut ex ingenti / et uaria  
 familia Reges enitescunt . Docet in hoc etiā mi  
 ra/ et ineffabilis bonitas dei q̄ suos amet cultores  
 et milites: qui neq; sanguini neq; suppliciis pep  
 cete : Sed neq; sunt minis sic extertiti ullis: ut eo  
 minus eius diuinitatem/honore que defendetēt.  
 Illis etenim tanquam dilecta ſux / cælestique fa  
 milia officia diuersa distribuit/ negociaq; hono  
 rificentissima dedit: ut eſſet dignitas diuina / po  
 testasque ſuprema communicata ab æterna Dei  
 charitate cum homine latius : nec uni : paucis  
 ue quibusdam dūtaxat diuinū hoc munus puta  
 uit tribuēdū: sed uniuersis fetme cæleſtib̄: ut alii

L ii

contra mōrbos: alii taria contra pericula: alii ad  
tolerantiam: alii ad scientiam: alii ad castimoni-  
am: et id genus plurimis plurimi quoq; prodes-  
sent. Coluntur quoq; superiores/inferioresq; p-  
miscue ab ecclesia matre: ut quantum illa sapit  
afflata diuinitus nullus ordo/gradusq; sanctōrū  
pro meritis dignitateq; cuiusq; relinquatur i glo-  
rius: sed in cūctis quantū uisi/clementiaq; diuina  
potuerit euidenter appareat. Ceterū quantum p-  
piciatio multorum promererī plus possit: q; certe  
paucorum non scriptis ullis / argumentisq; pba-  
re sit opus. Id enim mens per se cuiusq; ratioque  
deprehendit. Quo fit ut in rogationibus publi-  
cis sanctorum gregatim omniū preces expostule-  
mus: et ut patronos se nobis impendant / clamo-  
res ad cēlos etiam extollamus: Lustrantes publi-  
ca eotum cum ossium/cinerūq; reliquiis cū quid  
detrimenti impenderit / aut exposcendum qcp  
piam extiterit salutare: Sed omissis que hac in  
parte longe lateq; afferi possunt: ita ego sentio  
quoniam ita mihi res ipsa et ueritas loquitur: ut  
post primū illū omnis gratiæ fontem dominum  
Christum / præcipua et peculiaris et maxima in  
oppitulatricem et dominam habenda sit nobis  
ipsius diuini filii mater, uirgoq; beata: Quæ siue

Virginis  
auxilium.

sola siue cum aliis prima semper equidē sit: quā  
inuocemus: cui studeamus/ī quam speremus /ad  
quā et anhelemus . In tantis enim uitæ periculis/  
salutisq; naufragiis nullum ē hominum generi  
præsidium concessum ualidius /nullum patroci  
nium amicitius, nulla spes erectior, nulla fiducia  
solidior. Omni calo: si potentiam querimus : so  
la plus potest:quia eum ē enixa uirgo:qui solus  
omnia potest. Si animum / obligationemq; spec  
tam us:quicqd potest:debet ēt ea nobis: Qui si  
loquor paulo licētius: Augustini: a quo hoc didi  
ci :ine defendat auctoritas:et qux grauis et con  
stans tanto ab ingenio citatur ratio:cuius de ob  
stricta nobis peccatoribus dei matre domestica  
quasi cum illa ista sunt uerba. Multam mihi o  
Maria facis audaciā,Mira loquar: sed sic ē: Nos  
enim tibi. Teq; nobis mira necessitudo cōfēde  
rat:cū scilicet id habeas esse p nos: quod es/ nos  
uero per té id esse:quod sumus. Si nulla nostra  
precessisset transgressio : nulla fuisset subsecuta  
redēptio:et nisi necessariū fuisset nos redimi: ne  
cessarium non erat te parere redēptore. Sed hoc  
loco aliqua questio ē. Nōnulli enim pp id:quod  
scriptū legimus deliciæ meæ esse cū filiis hominū  
pſuafum ecōtrario habent et astipulantur apte/

Augusti  
nus ad uir  
ginem.

Opinio d  
humanita  
te domini

L iii

maiestatem et gloriam summi / atque optimi dei su-  
scepimus fuisse nullo etiam existente Adae com-  
misso corpus humanum : ut non solum animo :  
sed aspectu quoque visibili bearet hominem to-  
tum : quam opinionem ego leuem / facileque ca-  
dentem nunquam potui usquequaque probare :  
ut tu neque Alberre probas : cum i hoc prima dis-  
putatione breuiter incidisses : Et quidem merito.  
Nam neque rationem / neque causam / neque a sanctis lit-  
teris libbos habet ullos constates et solidos : Quo-  
niam tamen fidei neque repugnat : libetum habe-  
at suum quicunque palatum / et gustum amica / frater-  
naque cum uenia. Quanto uero ipsis possumus cer-  
tiora semper lac potiota sectemur et doceamus :  
nec longe discedamus a Paulo : qui natum Chri-  
stum inquit in terris : ut nos redimeret a lege / et  
morte peccati : et ad suum perdilectum ita scribit  
Timotheum. Fidelis sermo / et omni acceprione  
dignus : quia Christus Iesus uenit in hunc mun-  
dum saluos facere peccatores : quorum primus ego  
sum : Quem locum ita cōmētati sunt ueteres : et ut  
puto : rectissime : Nulla causa ueniendi domino  
fuit : nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos :  
tolle uulnera : nulla est causa medicinæ. Sed quid  
uero domini testimonio maius : Filius hominis

uenit querere / et saluum facere : quod perierat ?  
 Hoc unum domini uerbum et ualidissimum / et  
 irrefragabile nobis extiterit : quibus uellicare nul-  
 lo quidem modo propositum est in eo p̄sertim :  
 quod nihil frugis nobis est allatum : magis ue-  
 ro aduersus illud repugnat : quod a diuina uirgi-  
 ne exigimus : pr̄sidii obligationem / peculia-  
 risq; tutelæ.

Inde itaq; discedentes Tertium argumentū / cau-  
 samq; inducamus cur diuinis honoribus / preci-  
 busq; in cxlo regnantes nobis uenerādi sunt sāc-  
 ti . Quod premii nimicum / et gratitudinis est :  
 ut de rebus a se actis : quibus nihil admirabilius  
 nihil constantius . nihilque diuinius / uel suscipi  
 uel perfici ab homine potuit : metitam a nobis  
 apud quos tam mira pr̄xstitere : uenerationem /  
 laudemque recipient . Hi sunt profecto : qui ec-  
 clesiam partim sanguine : partim doctrinis : par-  
 tim miraculis : partim exemplis Deo agente  
 in eis / posuere : primæ columnæ : primi fulgo-  
 res : primi architecti : per quos Religio cœpit :  
 et crevit . fides in lucem protupit : omnis pul-  
 chritudo uitæ sanctissimæ : officia recta : con-  
 temptus saculi : amor Christi : uera morum  
 honestas : et quicquid perfectionis : et di-

Nota:  
 Sanctorū  
 metita la-  
 us.

gnitatis res habet humana: est propagatum.  
Quod si illi: q̄ i terrestri militia p̄o p̄äsentibus/  
et temporalibus rebus p̄ suis grāde aliqd effe-  
re: quod p̄ximio atque memoria dignum uidea-  
tur: donis ditan̄ ex phisco cinguntur auro / ad  
primos euehūt honores et magistratus atq; ista  
si satis non sunt : his excitantur et statuē appen-  
dunt trophea de uictisq; manubīx. icidunt mar-  
moribus tituli: clipei: hastæ: cassides: monumēta  
claritudinis atque virtutis: quanto nos aquius:  
si quid retinemus amoris erga tam incomparabi-  
lem sanctorum uirtutem/ac fortitudinem/qua-  
to inq̄ cōmilitones et beatos p̄ceres istos excolu-  
erimus/Settis/plausu/uocib⁹ coronisq; honesta-  
bimus: q̄ imperatori omnium deo militates: nō  
urbes/oppidaq; uicerunt: non spolia terum arri-  
puerūt: nō captiuos uinxerunt: non p̄adam ab-  
egerunt: sed uicia imprimis omnia calcauerunt/  
virtutes susulerunt, mundana flocipendunt:  
infrena spoliauerunt/machinas ad cælestia erex-  
erunt/in acie perstiterūt/in fatigatione non elan-  
guerūt:tū læti maxime:cum de exceptis pro rege  
Christo uulneribus sanguis copiose proflueret:  
tum constantes et alacres:cum pro fide: in qua  
iutauerant:mortē p̄sente sibi uiderēt:tum se ra/

ti certe uictores: cum uicti pro Christo: triumphatoresque: cum mortui pro regno celorum. Hæc fides: hic ardor: hæc constantia: hæc disciplina: hæc tanta de suo Rege: et remuneratore deo fiducia quod porro charitatis a nobis: quod reuerentia: deuotio nisque desyderat: quippe plurimū: si sopliti penitus: ingratissimi que nō simus. His ideo preces: supplicationes: uotaque porrigunt: hymnos: psalmos: que decantant quæ in ecclesia adhuc ista: quæ militat: eorum: incendunt: exemplis: moribus: uitaque formantur: quorum et meritis: ac deprecationibus se iuuari: si poposcerint: et supplicauerint: nullo modo diffidūt. His et statuunt ades eximii sumptus: templaque sublimia: quo ad eos uenerandos: opemque capiundam populi confugiant. Eorum artis: et statu genua flectunt: thura: uaporesque inclendent gratia ne desit tantis his meritis: diuinis que virtutibus. Quid gemmas: margaritas: purpuras: argentum: aurum: sciphos: calices: aceras: que commemorem: quæ uana tamen: curiosaque supellex: cum nimia: è: quæ accepta eis iam in celo regnantibus sit: haud equidem uideo: cum hæc ista uiuentes illi minoris habetent: quæ siliquas: nec sacratent ipsi deo talia cum haberent: Sed trans ferrent in uerius sacrificium: et acceptius deo: sa

Vana i te  
plis supel  
lex.

No .  
Mini  
ster Chri  
sti.

tius probabiliusque ducentes his uestire nudos /  
alere famelicos / recreare infirmos / ituare iualidos  
refocillare peregrinos / redimere capros / uidu-  
as / pupillos / caterosque detrimentis / et infortu-  
niis collisos erigere / et ab inopia / atque miseria  
uendicare: q̄ argentum / et aurum sacrariis cu-  
stodire / serico / et purpura mortua parietum sa-  
xa uestire / omnia omnes per horas diripien-  
da forrasse: quæ profecto Christus nunquam  
suasit templis offerri marmoreis: quæ non senti-  
unt: sed uiuis errogari: atque spirantibus ius-  
sit. Sed hodie largientium ambitiosa deuotio  
templis ista dum ponit: Quodque grāuins  
est: dum ministrorum auida et nunquam fa-  
tis exaturata cupiditas ad ista immodice anhe-  
lat: deseruntur pereuntes indigentia paupe-  
res: et ea opera potiora: qua commemorauimus:  
iaceat abiecta / et improbata quando-  
que. Sed impietatis hanc pestem missam fa-  
cientes pertransamus ad quartum circa sanc-  
tos orandi modum.

In quo excitemur ad eam gloriam compa-  
randam: qua illi potiuntur: et quam nobis  
propositam: si assidue cordi tenuerimus ac di-  
lexerimus: assequi neque erit deo propiciari,

re difficile". Nam ita comperta / et a summo conditore deo est hominum instituta natura: ut tangantur omnes cupiditate honoris et laudis: nemoque sit uel humilis adeo / uel circa se etiam tam ignauus / et stupidus: qui non impellatur hoc stimulo fratre / et tanquam flagello non agitetur : ut neque sit aliquid tantum omnino laboris / arduique periculi : quod si in eo splenduerit ingens / pulcherrima que aliqua dignitas / et gloria facies : homines non aggrediantur et tentent / atque pro ea occubere multi neque recusent ita res ista : cum dulcis : tum expetibilis est. immo uero etiam quod quid molivuntur magnificum / ac difficillimum huius ambitiosissimæ rei / et egregios semper mordentis animos faciunt : et uoluunt eo omnina : ut laudem et gloriam captent / quasi cæterorum finis honor esse uideatur: quo nihil maius hominum mortalitas possit expetere . Parum est quantum ad uitam : quod cuique sufficit : et eorum : quibus utimur : plura quidem sunt impedimento : q[uod] usui . Sed tantus tamen unde questus / et diuitiarum ardor ( Deus immortalis ) nisi ex gloria ? Quies corpori animoque res sane dulcissima est : Sed cur tot

Gloria calcat.

perpetuae sumptuae vigiliae: et improbus adeo  
studiorum labor: Ex gloria. Cruenta est / paui,  
daque militia: Sed quid obiectant se telis / atque  
vulnibus tam facile homines? Ex gloria. Vn/  
de inuictæ tot pacis artes in urbibus? Tanta ædifici/  
ciorum expetita superbia: Tam uanum ornamenti  
di corporis studium / tam sollicita clientum cu/  
ra: tot Seruorum constipatioes: tot equorum / et  
mularum greges / impedimentorum copia / Sar  
cinarum uastitas / Tanta postremum mensæ /  
obsoniorumque libido / Vasorum / signorum /  
gemmarumque varietas / Nisi q̄ hæc omnia pa/  
rit / atque tuetur concitata furoribus / et indefesa  
la miserrimæ gloria semper anxietas / qua detrac/  
ta iacebunt maxima ex parte: quæ diximus: om/  
nia: neque qui se tantis frangat curis / atque pe/  
riculis poterit inueniri. Quanto uero magis no/  
bis calcar incutiet / et ardorem ad illos imitan/  
dos incendet uera illa / et solida gloria cælestis:  
quæ electis omnibus / futurisque felicibus pro/  
posita est! Et in sanctis: quos ueneramur: iam  
plene recepta / O uim maximam: et urgentissi/  
mam: quæ si se ingesserit in generosum cuius  
piam pectus: quid o deus pro ea non excogita/  
bit ille? quid non molietur / quid non suscipiet?

Quid non et perficiet? Summa nobis sit igitur  
curæ/studioq; pérpetuo in hanc obiectam omni  
bus undequaque suspicere/ alas extendere/ma/  
nus attollere/pedibus accelerare:et per interces/  
sionem deniq; sanctorum omnium a datore sū/  
mo:et benefico deo:qui propter hoc dedit nobis  
hunc ardorem ad gloriam.eā promereri.Quod  
qui facit assiduus;hic et sapientissimi:et fælicis/  
simi nomen iure consequitur.Qua in re præsen  
tis iam sit interloquii finis.

SEXTVS LI  
BER  
HIC  
FINIT.

EIVSDEM MATTHAEI  
DE INSTITVENDO  
SAPIENTIA ANI  
MO. VII. INCI  
PIT LIBER

ARGVMENTVM.

Eptimo libro isto de Quaternario illo  
agitur modo: quo pro se ipsis p̄fertim ho  
mines orant: quorū primus ē: cū nostris ī  
periculis: pressuri: angustiis: detrimentis: icōmo  
dis dei pr̄potentē opem: ac defensionem expo  
scimus: qđ si fideliter fiat: nūq̄ deprecatio p̄teri/  
bit inefficax: ut multis exemplis ostēditur. Secū/  
das ē cū de cōmissis malis Venia petitur: qđ si fi  
at corde uere cōpūcto: atq; cōtrito: misericordia  
non potest p̄enitēti ullo pacto deesse: Tertio do  
cetur nihil grande: quod ad xternā felicitatē ma  
xime spectet: obuenite homini posse uix unq̄ si/  
ne oratione: intentaq; prece: In quo abūdant te  
stimonia: quæ nobis plurima: et sacræ litteræ: et  
ad uerā sapientiam properatiū hominū exēpla p̄  
clata suppeditant. Vbi et de p̄destinatis rebus: de

que fato dubitationes nō faciles quadam solnū  
tur clare atq; utiliter. Quarto de tacita nobiscū/  
mentaliq; agitut prece: p quā orans se ipsum in/  
tus examinat se inquirit se deprehendit. Qua q  
dem re ad acquirendā pfectā/ultimāq; sapiētiā:  
et ad attīgendā uitā beatā nihil oīno pīstātius.

Bsoluta Orationum serie/rītibusq;  
tractatis: qbus oratur deus a nobis/  
a Sanctiq; rogantr: quod de Qua/  
ternario nostro orandi modulo su/  
perat: septimo die agere Seuerine su  
mus aggressiūre mihi ceterorum nutu dignatio  
neque permīssā: quam tu legens delectabere: ut  
puto fortasse: cum agnoscas quā singuli maria/di  
gnaque cognitū porro senserimus. Dicturo ita/  
que mihi morandus hylaris totus cœpit applau/  
dere: et quidem simul ab ore pendere. In quem  
ego subridens Bonis inquam auspiciis optime  
ista tes inchoat. En noster iam feruet Andreas.  
Cui ille dat enim id nobis expectatio non leuis  
te acturo Matthæ negocium. Atq; ego iterum  
illi perinde iam reflxi animo ipso Morande/at/  
que corpore: ut ipse uides: iam ueteroso. Tu  
uero: doctrinæ qui agilis insudare non desinis:

MATT.

ANDR.

MATT.

es omnibus aptior iure putandus Quare euge tē  
sume et pfice. Cxdo iſe iam exarmatus uitibus  
ANDR. robusta anima tibi. Quod illo recusante purba  
ne ac uelocissime ut c̄xeta facit: inducente q; cō  
tra me Antisthenem philosophū eum: qui cini/  
cam prior sectam inchoauit: in epulis inuitatum  
ut caneret: inuitati dixisse. Tu mihi calamos in  
fla: ego tādem ne subduriot uiderer. ita pexi. Ca  
put orationū nostrarū primū ī hoc plane consi  
stit: ut per eas ostēdamus necessitatem omnē no  
strā et idigētiā si quā patimur auxiliatori ppo  
renti et pientissimo deo: altissima nihil h̄esitā  
tes fide illum: gaudere p̄cibus: et prouidentia p̄  
petua simul eundem rebus humanis consulere  
ut scientissime. ita plane popportune atq; bene  
fice: quippe qui ueterior amatot sit hominum: q̄  
sui ipsorū homines ipsi. Neq; enim ulla esse tan  
ta iam potest uel necessitudo: uel amicitia: uel fa  
miliaritas: animorumq; coniunctio: quin maior  
longe non sit gratuitus dei erga nos amor. Nā il  
le nobis parens: q̄ et deus. Ille tutor: q̄ et domi  
nus. Ille redēptor: q̄ et fector. Ille promissor: q̄ et  
largitor. Ille dēniq; humanæ nobiscum naturæ  
consors effectus: q̄ inenarrabili pietate morti se  
obiecit nostra prō uita. Hęc nostris in periculis:

MATT.

Oratio p̄  
divino p̄si  
dio.

No.

No.

detrimentis/ atq; pressuris meditatis nobis ab  
 exterioribus mente collecta dum deū præcamur  
 inter nos taciti/ aut si magis iuvet: ea ipsa ore .p/  
 mentibus : et misericordes gestus aptantibus qd  
 fidei deus? quid reueretiæ? qd affectionis? qd cha  
 ritatis exuscitantia/ atq; incendunt/ per quas uirtu  
 tes sic excitatae uel exatudiri: ut petimus : uel ful  
 ciri: ut sustineamus. uel neutrum : ut copiosius  
 mereamur semper assequimur: adeo ut hunc in  
 modum formata nunc sterilis / et inefficax / uel  
 prætereat/ uel tabescat oratio. Hac uia iratione eq;  
 orandi propter capiuitatem populi/ et Hierusa  
 lem sanctam. abacto habitatore omni desertam  
 in modestitudine sedes/ et deflens orasse legit. Hie  
 remias: cuius oratio eo in libro: qui Threnorum  
 inscribitur habetur ad uerbum. Id quoq; supra  
 numerum ferme i psalmis usurpasse animaduer  
 titur Dauid. Fecisse itidem regem constat Eze/  
 chiam: cum eum grauissimo bello adorsus esset/  
 et premeret: ut Regum commentaria referunt.  
 Rex assiriorum Senacherib Turbo eo tempore/  
 atq; tempestas totius plane Asie. Nam cum su/  
 pra humanum fastum deum/ hominesq; contel  
 neret : proximaq; adiacentia omnia attereret: si  
 biq; subiiceret: ad Ezechiam Herosolimam Ra

No.

Hieremia  
oratio,Dauid.  
Ezechias,

M i

psacem nūcium cum litteris misit: qui et litteras  
legendas omni populo reddebat: et coram simul  
enuntiatet nisi se Regi Assiriorum protinus de-  
dereut: et ab eo imperata subiret: dira omnia lac-  
miseranda passuros: quibus auditis: et litteris mi-  
narum plenis: ac blasphemiatum ī deū perlectis:  
ingressus ē templū una cū populo Ezechias: et  
expandit litteras coram domino et orauit altissim-  
me: opem diuinam calestęq; p̄sidium contra in-  
solentissime futētem: et debacchātem supbia ho-  
stem implorans: quē ita p̄catum deus aspiciens:  
Esaiam factum tunc in Iudaea Vatē ad eum mi-  
sit nuiciatum huiusmodi uerba insaniuit Sena-  
cherib supbia in me. Ponam itaq; circulum ī na-  
ribus eius: et in labiis chamum: et reducam eum  
in uiam: per quam uenit. Non ingredietur urbē  
hanc: nec immitteret sagyptam in eam: nec occu-  
pabit eam clipeus: nec munitio circūdabit eam.  
Factumq; ē in sequenti nocte eius diei: ut delap-  
sus de cælo Angelus uindex centum: et octuagin-  
ta quinque hostium milia cæsa prostrauerit: quo-  
rum cadaueta / cum a quiete surgens mane ui-  
disset Senacherib: tanta tanque subita suorum  
cede dolore / metuque correptus / extemplo in  
Niniuem præmaturauit fugam: quem in fano

Idola: quibus ipse fidebat: uenerantem duo ex filiis / ab eo lacerfati prius iniuria a tergo aggressi / clanculum obtruncarunt . Tale auxilium/qua pte erat humanus Saluator/et dominus precatus est sibi: cum proximus morti orauit in horto Pater: si fieri potest: transfeat a me calix iste: et ex horrore pœnarum gutas sanguinis exudauit in terram usque fluentes : Quando / et deniq; actus in cruce / ac extremis i doloribus positus magno clame more illud intonuit Eloi Eloi lamazabathani: quod est Deus/deus meus quid me dereliquisti? Sed hac oratio tam est innata quodammodo in membris omnibus : ut nemo ferme iam sit etiam tam pessimus : qui si / uel doloribus et cruciatis / bus uexetur grauissimis uel timoribus / insranticibusque periculis uehementer quatatur : non statim auxiliatorem inuocet sibi deum: et ei non sepe honores/arcq; munera uoueat: ut non sit opus huc locu maiore uerboru cōplecti circuitu. Quamobrem parcentes tempore de secundo nostro orandi modo iam dicere incipiamus:eo scilicet: quo intenti deo per orationes facinora patrata diluimus: quæ potentes adeo haberi possunt: tanque conrrita / atque soluta in lachrymas / ac pœnitentiam mente: ut non modo

Oratio  
Christi,

Nota:

Oratio p  
uenia.

quidem culpam/et noxam abstergant:uerum et  
quamlibet omnino meritam/ac debitam deleat  
poenam:Ea est enim dei erga homines pietas/at  
que uenia semper:ut illius maiestatem et gloriā  
referat infinitam,inexhaustam,inuictamq; per  
omnia:Nostra uero peruersitas breuis:et ino/  
mentanca let eneruis:quæ nos ledat nō uero de  
um. Itaq; dum detinemur his vinculis corporis/  
sedulitas.

O iii

No.

ter. Querite et iuuenietis. Petite et accipietis. Pul  
sate/et aperieſ uobis. Quemadmodum enim sol  
suo fulgore celeſtū corporum omnium lucenti  
am alit/atq; diſtinguit:et reliquī mundum oin  
nem in girū perpetuo motu colluſtrat:qui tamen  
idem:ſi crasso obice/atq; imperuio excludiſ: cūc  
ta.cæcalfuruaq; reſiugit: Singulatis peride dei ma  
ieſtas/arcq; ſerēitas p̄tima qdem/et una lux ē:qux  
xternis ſuis radiis eos omnis ad ſapienſiam uerā  
erudit:q contra eā aditū non abſtruunt / et cor  
non obdurant ;quo minus ad ſe ingredi poſſit:  
magis autem ita ſe comparant /atq; diſponunt:  
ut apertæ ſapienſiae lumen in iis facile poſſit ac/  
cendi. Depuſla igitur eorum iam hæreſi:qui ne/  
que conciuem noſtram eſſe ſapienſiam putant/  
neq; lares inter humanos offerre ſe hospitē. Re/  
poſita quoq; et conſtituta argumentis haud lan  
guidis ueritate :et ſemita:qua ad ſapienſiā tendi  
tur:let ad illius fastigia iam erectis ueluti machi/  
nis/schalifq; admoris/unū hoc ſuperereſt: incende  
re omnes ad ſtudium /operamq; ſapienſiae enixe  
nauandam:sine qua/noſtra profecto hac opera  
neque magnum deus aliquid/neque ſalutare a/  
git in nobis .Nam tāetſi per ſe iſpum deus nolen  
tem etiam / ac reluctantem locupletare ſapien/

Not.

tia uirtute omniq; alia potest: non ille tamen ab  
 soluta potentia: sed ratione & quietateq; agendo  
 defungitur. Etenim sanxit (quod pat erat) et su  
 um esse / et nostrum quicquid exequitur probe /  
 atque sanctissime ad beatitudinem uirtus huma  
 na. Suum dixerim per eius proximouentem / et ex  
 cirantem nos bonitatem. Nostrum & que per ob  
 sequentem / ac coagentem assensum / et illud uo  
 luntatis arbitrium: quod liberum nobis est at  
 tributum. Indigit igitur hominum salus omni  
 no diuina gratia primū: et nostro studio simul /  
 opera / labore / ratione / consilio. Quo circa inui  
 labilem illam ratamque Augustini sententiam  
 qui de se curat / et cogitat intento animo uerset /  
 non tam uerba simplicia: q̄ succū uerborū exa  
 minās Qui fecit te sine te: nō saluabit te sine te.  
 Qua i re ad memoriā illud mihi nūc reuocaf (ne  
 scio uerū an iocosū iuērū) eius scilicet q̄ plapsus  
 i fluuiū / et despata uita iā ppe clamitabat q̄ta uī  
 poterat succurre Minerua. Succurre Minerua: et  
 q̄ ab aggere fluminis afflictabaf amicus: duc bra  
 chia sodes. duc brachia / et deam uoca alta uoce  
 monebat: q̄ certe satis minime eēt Mineruā ro  
 gare: seq̄ d̄serere. Quare mecū cū reputassē hoc  
 loci o Seuerine q̄ diligēstudiū / cura / opa / sudor

Gratia et  
coopatio.

O iii.

sapientia esset adhibendus: deque ea una maxime re tunc mihi dissentendum esse cogitatem: in Cælum me tamen conuertens ita affatus sum illum. Ut tuo auspicio Cæle tanquam uia quadam rationeque rectissima procedat oratio: si tu de beata ista sapientia melius: quod ego rimatus es aliquid: cupio dicas. Id enim certum tanquam uestigium quod quid admonueris: ututissimus sequar. Cui hylater ille Tibi liberum esto sectari: quod hac in remauis dux rerum Matthæe: quippe quod poteris plene/grauiiterque tractare quicquid videbitur tibi presentius: et qui te sapientia totum addixisti iam dudum. Ad quem et ego subridens nimis amice mihi inquit tribuis semper o Cæle: ut uehementer indoleam tua ab opinione longe absesse re ipsa. Deum attamen propter tantum mihi ingenii cælitus dari: ut expectationi tui ex cæterorum quod de me Cæle respondeam. Non discedens igitur ab instituto eodem meo cohortabor uniuersos: et mihi ipsi uel maxime calcar adjiciam ad currendum ad sapientiam alacrius: qua nihil ego uel maius uel deo quippe proximius nosco: si non est ipsa deus: et a deo certe progenita ante cætera: quæ æternus ipse atque mirabilis mirabilitet condidit. Quam talem et colendam nobis: et diuinis honoribus

CAELS.

MATT.

Eminētia  
Sapiētiae.

existimabo semper habendā: Sed quæ etiam mi  
 nor ē ista hominūq; dūtaxat affinis: neq; fuerit  
 mihi non maior humanis omnibus bonis. Hac  
 ē enim p̄b̄itatis omnis et sanctitudinis mater.  
 Hac et humanæ præterea uitæ/atq; actionis nor  
 ma:qua admonemur atq; instruimur quæ cuius  
 que officia p̄pria/quæ honesta/quæ turpia/quæ  
 libertalia/quæ seruilia. qualia quæ agimus: quæ  
 ue omittimus. Quid extatibus/gradibus/locis/ tē  
 poribusq; conueniat. Quæ deo/ quæ hominibus  
 æquius sint tribuenda:ut sacra/profanaq; tractā  
 da. Qua deniq; (ut aiūt) alea in iis ludēdum sit:  
 quæ singulas p̄ horas/arcq; momenta accidūt in  
 uita/ac humanis quibuslibet rebus: De qua no  
 bis cōcedat optimo iure splēdidissimū p̄conīū et  
 elogīū illud decātare licentius: quod de philoso  
 phia sui s̄eculi Aneus Seneca uerbis his fecit Hu  
 ius opus unū ē d̄ diuinis/hūanisq; uerū iūenite.  
 Ab hac nūq; discedit iusticia/pietas/religio/et ali  
 us oīs comitatus uirtutū cōsertarū/et itet se cohæ  
 rétiū. Hac docuit colere diuina/diligere hūana.  
 Profecto huic plus debereſ: q̄ diis: nisi ipsā no  
 bis dii tribuissent. Quippe hic Senecā nō stroice  
 mō/splēdidissimeq;: sed christiāe locutū affirma  
 re nō dubitarē: si ubi deos noſauit: q̄ aut d̄mōes

Seneca.

No.

Aurea  
sentētia.

aut nulli sunt: numen in psonali trinitate unicū singulareq; dicere potuisset. Quod ex se nō potuit: quoniam nisi per relationem aut fidem: qbus opinamut eum caruisse: tam alta cognitio non uenit ad homines. Adiecit etiam sapientiā nulli obuenire fortuitu: Sed quemq; illā sibi debere: quo uerbo magnifico / atq; sanctissimo / si ante dormiui: nunc qdem a somno me magnus/ et grauis iste philosophus excitat/ cum eam dicit quēq; sibi debere: Suspirareq; me cogit totporē pteriti mei temporis q; quantum forte licuerit: non me illi tantum addixerim: ut me fecisse nūc mihi blanditi humanissimo tibi placuit Calse. Quicqd attamen adhuc superest mihi uel ocii / uel temporis uigorisq; uel animi sacra/et o candida en tibi quidem uoueo sapientia: quem a te si non gloria Regina propuleris: non desperabo sterilior hactenus ad frugem meliore adhuc posse redire: Pulsabo: ut me edoces: tuas fores quot / tidie supplex. Teram postes/tua sanctaq; limina ptxque atrii euigilabo tuis: si quo modo accessū ad te fortasse promerear. Qui si etiam secretiori tuo cubiculo non me dignū satis habueris: me diam tamen/et patulam aulam adiisse / et celebrasse tuam: non quidem ducam inglorium: ita

per omnia iuuas / et ornas te beatissimam concu  
 piscentes. Sed iam sane rem nostram uiri patres  
 prosequentes : ut cœpimus : uiam ad eam unde,  
 quaque quæramus : quam satis : si ipsi haud certe  
 uidemus : assumantur duces ii nobis : atq; uecto,  
 res : qui in sapientū numerū relati iam sunt : eaq;  
 in caelesti nunc gloria aspectu manifesto fruunt  
 Qui quantum obseruare hactenus potui : non  
 una omnes / altera ue, sed multiplici quidem ad  
 eam progressi sunt semita . Sed ex omnibus pri  
 mari atque potissimum esse nemo dubitabit :  
 quam tu Cælse dixisti : dei Timorem : et cetera il  
 la : quæ inter hos dies deinde sunt enarrata. Ast  
 ego præterea tamen (quod expectatur) ut aliquid  
 dicam : et ad hoc constitutum elabi sub silentio  
 tempus non sinam : monstrabo quantum profec  
 to me deus adiuuerit : quāto pe ad sapientiam cō  
 qrendam / atq; tuendam sit opus studii / lectionis  
 que sedulitas sacrarum litterarum imprimis / et  
 earum subinde : quæ humanitatis nomen / atq; p  
 coniū optimo iure meritæ sūt : i qb; recte suscep  
 tis quæ deus bœ oblectatio / q fructus / quæ digni  
 tas / Nā in his liberales oēs artes / officiorū cōmodi  
 tas / religio / sacerdotalis / iusticia / cōplexarūq; uititū  
 oīum multitudo fulget gloriosa / atq; mirabilis.

Studiū lec  
 tioq; assi/  
 dua.

Nosq; suauissimus ille sapientiae odor rapit et tra  
hit quo poptamus: et ad id incedit q d quærimus.  
Sed ad egregium hoc sane munus incitamentū  
reperire nullum equidem maius possum: q sapiē  
tum plane hominū: qui his studiis delectati / in  
eorum semper amore / dulcedineq; uixere: exem  
pla p̄clara: quæ generosis animis ad probitatem  
omnemq; uirtutem stimulos acriores solent ad,  
mouere: q uerba: atque p̄cepta: quoniam gran  
dius profecto est effecisse qppiam dignum lau,  
de: q commemorasse / ac sualisse". Moysem itaq;  
tantum/tanque diuinum apud nos uirum ad /  
mirerimur imprimis: et eundem magistrum / doc  
toremque sequamur : qui ad summum sapientiae  
culmen non prius euasit: q ægyptiorum ante di  
sciplinis: deinde litteris sanctis imbutus. Ad hoc  
ipsum parvulus Daniel pari ratione nos prouo,  
cat : q impuber Caldeorum disciplinas edoctus  
ad precoquam etiam postea rerum diuinarum  
sapientiam nescio accesserit an puolauerit sic re  
pente compertus / et probatus est sapiens . Sed  
ipsi neque Christi discipuli alia ratione viaque:  
q doctrina p̄cipua ad sapientiam peruenere:  
quam uulgares quidem ipsi / ac maiore ex nu  
mero simplices et rusticani cum non ha / .

Vis exēplo  
rū.

Moyses.

Daniel.

Apostoli:

115

berent: neq; a magistro homine amplius per exten-  
tem arripere essent idonei: in linguis cādētibus  
ūisibili aspectu delapsus sp̄iritus sanctus omnem  
mirabiliter illos et ueritatem et sciētiā docuit:  
ut nō iam pīscatores et nūmularii: sed supra phi-  
losophos cunctos omnifariāq; doctrinam magi-  
stri et haberentur et essent. Petruū oro cum legi-  
mus: illius ne uerba humani ingenii præsentisq;  
facundia esse uidentur: an corruscationes cæli/  
atq; tonitrua? Qua uel admiratione suis in epi-  
stolis Ioānem adducam: quas charitate: quā do-  
cet esse deum: quoquo te uertis dephendis arde-  
re? Tacuerim Euangeliū: quod admiratus ma-  
gnus noster Aurelius: Si paulo altius tonasset in  
quit: totus illud mundus capere nō potuisset: qd  
de Apocalipsi dicam: cui laudem tantam tāq; ad  
mirabilem hanc sacerdotem eruditissimus Hierony-  
mus defert Apocalipsis Ioannis tot habet myste-  
ria: quot uerba. Parum dixi. Pro dignitate ope-  
ris ē omnis laus inferior. Sunt et Iacobi quoq; et  
Iudæ fratr̄is Epistolæ: in quibus tanet s̄i non splē-  
det: ut mihi uidetur: tam eminens admirabilisq;  
doctrina ob id credo: q; tam graues non essent  
causæ: neq; tam periti forsitan illi: ad quorum pro-  
fectum elaborabant: ut necesse fuerit profundi,

Petrus.

Ioānes.

Iacobus  
Iudas.

Paulus.

Not.

Origenes.  
Chrisosto  
mus.

Basilius  
Dionysius  
G.nazāz.

Athanasi  
us.

tis scribere: succi et pabuli tamen plenæ let mota /  
les admodū sunt: et præcepta continent exactæ  
perfectæq; doctrinæ. Paulum apostolum uero ne  
mo mea sententia mirabitur satis: nisi qui plusq;  
mortalis sentit et sapit. Nam uerba illius singu/  
la aurea sunt, rerum ordo mire dispositus. Vis et  
expressio sagyptæ: itottaq; fulmina. eloquio ue  
ro omnis lactei fontislet mellei: In cuius anima  
ueluti i theatro/deiq; sacrario præmatura primū  
legis institutio ueteris: et in synagoga profectus:  
deniq; tanta post Christi fidem doctrina condi/  
ta ē: ut eam cū in orbē terrarū spageret/ ac disse  
minaret: nō se tū qdē: sed deum in se uel ex se lo  
cutū fuisse: ipē sit testis, ipē sit præco. Taceo hoc  
loco Origenē: cuius sex milia librorū gloriatur  
se legissæ Hieronymus. Taceo: qui ex græcis insi  
gnis ē titulo aureæ lingua: Ioānem. Taceo Basili  
lum cognomento magnum. Ioannem Dama/  
scenum alium. Dionysium Ariopagitam/angeli  
cæ virtutis / atque naturæ perscrutatione clarissi  
mum. Gregorium Nazanzenum nostro Hiero  
nymo discipulo gloriosum. Athanasium Alexā  
drinum episcopum Cyptianum celebtem carta/  
ginensium Antistitem: aliosque permultos ex  
græcis summa sanctitudinis et immortalis no/

minis uitios. Ad latinos autem nostros accedo libentius: eos maxime: qui post Apostolos dominii numerari merito mihi posse uidentur: Ex quibus plane: si me non fallit (quod non sentio) auctor: prima gloria dignissimum habeo nostrum A. Aurelium quippe qui ad annos usque septem et septuaginta: quos uixit: nunquam desritus ab ingredenda sapientia / ac ueritate nunquam quieuit: nunquam et diuinum iuuensis sudorem abstesit / donec ueluti fugientes ambas simul attiperet / atque teneret: sapientiam dico / et ueritatem: in citatus ad hoc primū: ut narrat ipse: puer adhuc ab Ciceronis Hortensio. Discebam libros eloquentiae inquit: in qua eminete cupiebam. Perueniram in librum quendam cuiusdam Ciceronis: cuius linguam omnes fere mirantur. Liber ille ipsum exhortationem continet ad philosophiam / et uocatur Hortensius. Ille uero liber mutauit affectum meum: et ad te ipsum domine mutauit preces meas / et uota / ac desideria mea fecit alia. Viluit mihi omnis uana spes / et immortaltatem sapientiae cōcupiscebam aeternum cordis increibili: et surgere iam coeparam / ut ad te redirem. Non ego ad linguam refutebam librum illū ne que mihi locutionē: sed quod loquebāt p̄suaserat.

Augustinus.

No.

No.

Deinde inflammatio fide suscepta a litteris sanctis effectus: quæ interim evoluerit irrequietus ille. Quæ idagatus: quæ ab eo suscepta: quæ lecta: quæ scripta: quæ ditata: quæ evanescata nemo aut assequutus aut emensus est satis ita evincere illius studia atque uigilie cuiuscumque ocium tamen diligenter. Laudatur præsenti hoc tempore Petrus Lübatius sententiarum magister appellatus: et Gratianus frater Decreti digestor atque cōpositor. Laudantur Theologi illi tam multi: quos schola Parisiensis disciplinarum ac imensa subtilitatis artifices dedit: Albertus magnus. Alexander Ales. Thomas Aquinas: et ceteri recentes magistrique Dominiceus Seraphicus hæremitanus. Carmelitusque ordines gloriant: quos nominatim iduere breuitatis causa prætereo. Hos et ego merita laude nullo modo fraudabo. Sed audebo semper non iniuria longe illis tanquam principem Augustinum præferre: a quo illi pendent: et cœli riuiuli a primo: et claro illo fonte scaturiunt: ut qui eorum doctrinam optimam atque sanctissimam adepti sunt: et in ea clari euaserunt: his quippe Augustino principi acceptum habere omnino conuenient. Cui periude: qui sacris in litteris sapiat alii: quid: incognitus est extreimus labor: curaque sciendi

## HIERO.

Hieronymi dñi : qui uite suæ anno centesimo  
 proximus et debilitati iam corporis uix coharen-  
 te compage/ nunq̄ tamen elanguit ita aut certe  
 contabuit: quin feruidum/in senescentemq; ani-  
 mum nullo non die ad sapientiā / atq; doctrinā  
 magis/ac magis semper extenderit : cuius diuinū  
 ingenium/et linguarum omnium absolutam/in  
 comparabilemq; pitiam/et i quia regnat : eloquē-  
 tiā obstupescunt tiniuersi/et summis in cælum  
 laudibus tollunt. An nō uirorū iste ita mirabi-  
 lis/atq; sanctissimus preliatus est cum difficulta-  
 te/potentiaq; naturæ/cū recte pronunciandi he-  
 braicam linguam: quam discebat: contētione dē-  
 tes impeditiores: quibus non satis poterat anhe-  
 lantia perfracta inculataq; uerba illa proferte  
 (Res inaudita)ferro æquandos sectori concessit  
 et tradidit? Quantum de Ambrosio Mediolanē  
 sium Antistite dicendum et mihi esset: si comp̄/  
 hendere eius splendorem et dignitatem/et in stu-  
 diis laborem tempus mihi concederet ? Cuius ui-  
 ta fuit semper in subtilissima inquisitione ueri-  
 tatis/et sapientiæ? Qui tot librorum dignissimorū  
 uolumina reliq; a se composita /in qbus nō ui-  
 deas facile: quod stupeas magis illorū ne copiā:  
 an certe eruditio nem/et gravitatē? Quid de Ro/

**Gregorius** mano patre Gregorio suis satis laudibus dignū/  
ac meritis referam: qui in gubernatione quotti,  
dianoq; fragore apostolicæ sedis et strepentissi,  
mæ cutix neque destitit unq; ab expetitione sa/  
pientiae studiorumq; labore etiam uariam inter  
ualitudinem s̄aþe adeo: ut supra reliquos Ponri  
fices ecclesiarq; doctores in ipso potissima gloria  
nitate ex morali doctrina affluentia lenitateque  
sermonis? At uero amore litterarum imensum  
sudoremq; perpetuum Aquinatis beati quis cre  
diturus esset: si quæ habentur i manibus opera  
tion loquerentur: cuius ingenioratque labori reli  
qua recentis seculi ita cedere mihi nempe uiden  
tur ingenia: ut partia magnis et pauca q; pluri  
mis eiusdem virtutis et sortis: etiam si eo in ge  
nere litterarum multi coxui sint acutissimi atq;  
mirabiles et addiderint inuentis plura subtiliter  
Nam ex illa ingeniorum multitudine rāta trac  
tauit et scripsit unus ut si nūquiā vir iste dormis/  
set nullaque corpus in parte curasset: si calamus  
nunquam ex digitis excidisset: aut plurimis dicta  
re notariis non destitisset: si et lectores diuersorum  
operum illi semper aliquid auribus instillassent:  
ac sussurrassent: nihilq; eorum quæ uel legerat:  
uel audierat obliuisci potuisset: adhuc danda mi

**Thomas.**

rāculo mihi plane videtur ubertas tanta/beata  
 quē et inexhausta:quā litteris consecrauit indu  
 stria. Extat inumeri alii illūstres sanctitate p̄cipu  
 aq̄ doctrina huiusmodi uiri: q̄ p̄ studia/perpetu  
 oſq̄ sudores: atq̄ uigilias ad fulgorē sapiētiaz in  
 defessi cucurserunt: et grātia eis deniq̄ afflātē di  
 uina illam tenuerunt: quos in sapientum nume  
 rum si non admittimus: cubitum abeat sapien  
 tia : de quā nihil pr̄ter nomen et strepitum lu  
 dificati teneamus. Sed si eos: ut res est: sapientes  
 suspicamur: qui non modo imaginem sapientiaz  
 deprehenderint : sed rem certe ac ueritatem:  
 tum alacres quantum quidem animis possumus  
 uel per uolare uel currere/duces eos conseruemur  
 ad eum saltem sapientiaz gradum anhelantes : q̄  
 medius ut diximus: ab hominum uita non exu  
 lat . Accedant hoc loco et auxilio nobis post ho  
 mines sanctissimos nostros Philosophorum/  
 perpetuaz uigiliz prodigiōsique conatus : pon  
 gentiores fortasse q̄ exempla nostratia . Qua  
 Augustinus ratione quintum omnem Ciui  
 tatis Dei librum gentilium Romanorum re  
 fersit exemplis ignauiam Christianorum gra  
 ui censura demordens : et turpi dignam ru

Plato.

bore calūnians: si pro regno calorum torpentius  
se gesserint: laboribusq; pepercérint: q; gentiles il  
li pro regno terreno. Quid itaq; non fecit: ut sa  
peret: humanarū rerum stupor: et deliciæ Plato?  
De eo enim viro prope diuinis incomparabiliq;  
philosopho scribit multa Laertius luculētū atq;  
fideliter: Testatur et noster Eusebius in p̄parati  
one euāgelica longe maiora. H̄ec pr̄sertim. Ab  
sanctis hebræorū litteris pr̄cipuā suā om̄ne illū  
traxisse philosophiā. Inde edoctū asservuisse. Qui  
iuste/sancte q; uixissent: post mortē ad beatorum  
insulas proficisci: et ibi uacuos omni qdē incom  
modo sūma in beatitudine degere. Contra q im  
pie: ad imania supplicia: quæ tattarea appellat:  
raptati p̄q osores Angelos cruciari. De uno aut̄  
deo ac prima causa eū e nostra pene fide dispu  
tantem inducit. Qui et docet habere quasq; ani  
masti tores Angelos. Futurūq; diuina uitture /  
atq; potentia uniuersale de cūctis iudiciū. Multa  
q; miranda alia eruta de profundis diuinisq; te  
sauris: qui conditi erāt solos apud hebreos. Ad  
quæ pr̄edara non pauca hinc inde collecta uir  
magna doctrina noster Guarinus adiecit uno di  
gesta libello de uita Platonis inscripto. Deinde  
Marsilius Ficinus admodum meus pleraq; egre,

Guarinus

Marsilius.

gia de illo notiora nobis effecit: qui uitam totam  
 fere consumpsit in traducendo ex græcis fonti-  
 bus latinam in linguam quicquid repperit unq;  
 a Platone compositum: ut apud græcos latinos;  
 que nihil iam feime platonicum mansevit: quod  
 opera ad nos eius aut non commigrauerit / aut  
 reformatum non fuerit: ex quibus atque auctoribus  
 omnibus latissime constat non purpurato illi mol-  
 liusque accubanti sapientiam assurexisse: aut for-  
 ruito / sorteque obuenisse: Sed ei: q; iuuenis quæ  
 tens et eruens undequaq; doctrinam: audivit pri-  
 mum / atq; expressit mirabiliter Socratem. Quo  
 uita functo Cratilo / et Hermogeni / philosophi-  
 am gloriose tuentibus se in discipulum dedit.  
 Qui deinde annos duo de triginta natus Megara  
 ram ad Euclidem se contulit. Qui rursus ab Eu-  
 clide ad sacerdotes barbarosq; prophetas: ut cale-  
 stia etiam acciperet: transiit. Qui neque sedato  
 desyderio longius procedere sibi statuerat: nisi il-  
 lum quo minus potuerit Asia bella itercepisset.  
 Huius tanti exemplo philosophi diuus noster  
 Hieronymus Paulinum compresbyterum precla-  
 ra una illa epistola: quæ ad Biblia frontem ap-  
 posita ueluti monile coruscat: ad sacrarum litte-  
 ratum studia incendit / et protiocat quanto ni-

HIERO.  
et Platone

xu contentioneq; potest: illū referēns post sapientiam peregrinantem / uitōsque doctissimos omnis audire satagentem ægyptum totam p̄agis / se. Ad Architam Tarentinum ex ægypto diuer tisse: et illam oram omnē Italīæ: quā magna quōdam græcia dicebatur: laboriofissime collustras / se: ut qui Athenis magister erat: et potens: cuius que doctrinam Achademiæ gymnasia persona bant: peregrinus fieret: atq; discipulus malēs alie na uerecunde discere: q̄ sua impudenter ingere re: Qui deniq; cum litteras quasi toto orbe fugientes persequereſ: captus fuerit a piratis: et crude lissimo Dionysio Tyrāno uenundatus: cui infra cto paruit īmutatoq; vultu emptore glorioſior: atq; liberior: ita captiuus: et seruus: quoniā philosophia Platōnē tuebatur: stulticia Regē. A quo tandem tanta post detrimenta: atq; pericula diuinam hanc uocem emanasse auctor ē Cicero O beatum illum: cui ī senectute: etiam contigit sapientiam uerasq; opinioneſ asseq; potuis se. Qua et atſiſe cupiditate sapientiæ Pythagorā dixerim: q̄ quoniā Platōnē x̄tate longe p̄cessit: memotādus mihi iure antea fuerat: sed ita acha demici sumus: ut Plato nobis primus semper oc cursit. Nam et ipſe ægyptum lustrauit, persarū

Nota.

Pythagorā.

magos adiit. Memphiticos aggressus ē uates. ut  
 timas terrastet barbaras gentes: orasq; dispersas/  
 et uastas pedibus obiit. Flumina. maria. stagna/  
 que transauit quærens semp unde plus saperet/  
 magis magisq; proficeret. Quo tanto labore ad  
 id sapientiae/auctoritatisq; peruenit: ut quicqd  
 ille precepisset i litteris ac disciplinis quas in Ita  
 lia maxime docuit: alia nulla adiuncta ratōne ab  
 omnibus acciperetut: satisq; foret inducere quo  
 ties esset de te aliqua quæstio Pythagoras dixit:  
 Vnde quicqd nobile tum ferebatur in philoso/  
 phia studiis pythagoricum putabatur ( Nōdum  
 enim ulla bonarum artium celebritas penes græ  
 cos floruerat) ut propterea ei diuini qdem ho/  
 nores delati sint /q; quæ ab aliis immenso sudo/  
 re collegerat/summo studio/ amoreq; doceret.  
 Quem et nihil ad posteros scriptis transmisisse  
 sed uito ore sua instituta tradidisse pleriq; con/  
 tendunt: ut ab eo nihil relicum dicant præter  
 paucula quædam : quae filia de eius commen/  
 tariolis collegit . Sed Laertius perquāmulta ab  
 eo scripta commeminit : et librum de uirtu/  
 te herbatum scripsisse eum memorat Plini/  
 us. Sed fidem in hoc nihil obstringo meam .

Pyt.dixit.

P iiiij.

No.

Democri-  
tus.

Verum diuersitas tamē hxc hinc est suborta for  
tasse: q̄ plutes eodem ferme tempore eiusdem  
nominis hoc ē Pythagoræ extitere philosophi:  
deque iis etiam consamii nōnulli: aut quoniam  
eius scripta non habentur in manibus ulla. Cre  
ditur ab Socrate itidem nihil memorie traditū  
scriptis: sed qux candido ille/sancto q̄ ote docue  
tar: ea Plato nem discipulorū gratissimum pluri  
ma in uolumina retulisse: et propriam ingenii  
admirabilis sui laudem preceptorū consecrasse.  
Sed scripserint: aut non scripserint querere curi  
osius abest a p̄xenti p̄posito\ atq̄ negocio. mi  
hi que facile cum quocunq; conueniet. Magis ad  
Democritum uenio: de quo stupori semper id  
mihi ē reputare qux ad sapientiam fuerit in eo  
auiditas qux cupido. qux flāma. Qui patrimo  
nio neglecto uel ut tradunt quidam peregre ab  
sumpto penetravit ægyptum/ad magos et ipse/sa  
cerdotesq; caldeos theologiam/et Astrologiam /  
et cum his Geometriā accepturus accessit. Tan  
dem et rubro mari transmiso peruenit ad indi  
am/eique cum Gymnosophistis contubernium  
fuit/ atque congressus gente: ut ē Plinius testis:  
qux ab exortu ad occasum perstans/ solē immo  
bilis oculis contuetur: et feruentibus harenis

toto die alternis pedibus insistit. Postea Ethiopi  
am adiit: ut sapientiam cœu resarum abditum  
ubiq; conquiretet? quod quādiu sibi uisum ē. cū  
idefess' fecisser: se priuasse oculis ferr: quo a con  
templatione sapientiae et maximatum rerum:  
quas percepferat: dulcedine uario quāminime al  
terius rei abduceretur aspectu. Incedat inter hos  
meditis ac coronatus sacro sapientia lauro/et at  
dantis ostri umbraculo tectus: quod misse hinc:  
Inde uero liberalium omnium disciplinarum ca  
terua sustēt. M. Cicero nostet æterna latini no  
minis gloria: cuius extreemos labores in sapientia  
studii etiam inter rei pu. xstus atq; procelas qui  
ignorat: est indignus profecto: qui magnū unq;  
aliquid atq; preclarum itelligat. Humano quip  
pe tan certe diuino eius tanta doctrina ingenio  
sit concedenda non facile video. Officia illius.  
Tusculanas questiones. Bonorum / malorumq;  
fines. De re pu. deq; legibus libros Hortensium.  
Catonem. Lelium. Consolationem in morte fi  
liæ tollitæ. legite. odoramini pattes. Quid( supre  
me deus) preciosius? quid sanctius? quid cælestius  
unq; habitum est apud mortales? habendum ue  
spabitur? In his omnis omnium philosophorū  
doctrina ad unguem expressa. In his cunctarum

Nota:

Tullius.

IO. Picus  
H. Barba  
rus.

gētium castigatissimi mores: et quæcunq; fuerūt  
sanctissimæ leges. In his denique diuina omnia  
euangelicaq; præcepta corruscant: cui si nostra  
viro fides illuxisset infusa: quippe illum in sanc-  
torum numero teneremus: et insignem illi aram  
atq; imaginē (puto) excitaremus: cuius recisū di-  
uini eloquii caput: et quæ pacē romæ peperat: de  
xteram manum pro rostris quoties (deus bone)  
sum mihi uisus magna pietate conspicere: atro-  
cissimamq; eam detestari fortunam: quæ Populi  
um ingratissimum illum in theatrum tanti ho-  
notis et gloriae irritasset: quo nullum esset scele-  
re maius. Gloriari quoque nostra hæc actas iudi-  
cio quidem meo potuisset duobus miris ac splen-  
didissimis sub ortis luminibus Ioanne Pico claris-  
sima ex familia Mirandulensem Comitum. Et  
Hermolao Barbaro patricio insigniq; Veneto:  
si duas tautas nobis cæli imaturius non inuidis-  
sent animas. Miraculo erant omnium oculis nō  
dum barbati: in quibus tam præcox ingenium/  
tam capax/ accelerataque memoria niteret: ut  
nossæ ea ætate uidetur quicquid latinis/ græ-  
cisque in litteris esset insigne. Loquor ex fide/  
conscientiaque non ficta: quod Patres facile pos-  
sum (Fuit enim uterque mihi notissimus et que

ego dicissim illis gratissimus ac per dilectus) Et  
 Hermolaum quidem quo tempore eiusdem fa-  
 milie Hermolaus propatrius noster erat Anti-  
 stes agnoui Veronæ primum nondum puber-  
 tatis annos ingressum et iam latine græceque e-  
 ruditum prosa uersu pronunciatione memoria  
 stupori omnibus. Quo coalescente in pataui-  
 no gymnasio. Deinde uiro facto Venetiis. Ro-  
 mæ tandem quoad uixit sum familiariter usus.  
 Pico uero Mirandula in Fesulano Abbas annū  
 totum gauisus sum hospite a Laurentio Medi-  
 ce mihi commisso: quo in loco ocium ad sacra-  
 rum litterarum maxime studia lingua que he-  
 bræa perdiscendam commodissimum sibi delege-  
 rat illectus : cum solitudine amoenissima quidēt:  
 et litteris grata :rum præclara biblioteca illa: quā  
 nobis construxit una cum monasterio roto im-  
 pensa spectabilis Cosmus paternus avus Lau-  
 rentij et mediceæ familiæ princeps. et publicis  
 insuper meritis atque perpetuis putatus primus  
 patriæ pater. Hos ambos ego iuuenes deprehē-  
 di continet alia nulla :q̄ litteratum cura dulce-  
 dineque teneri . Post rem sacram auspiciaq̄ue  
 diuina: quæ priusquam ageret mane quicq̄:quæ  
 rebat: totas ferme horas diurnas exstate noctur-

Coſmus.

nas hyeme discendo trivisse: ut tantum omnifariae doctrinæ cumulum assecuti essent: quantum sui temporis nemo ullibi agnosceref. Quale uero illud tuæ gratiæ maxime et potentissime deus quum adhuc prime lanuginis iuuenis romana iurie curia Picus nonigentas cōclusiones atq; proble mata omnium scientiarū et rerum mirabilium affixit propendula albo parieti sacri palatii: et ad eaurum disputationem atq; congressum gentes uniuersas et populos invitauit: mentem ueluti infinitatis capacem tanta in orbis terrarum luce auras ostentare: et super omnes æterni sibi nominis famam propagare. Quāquam ea tanta profiteri in quibus ad inuidiam usque: et suffusionem parentur omnes prope superandi: opus nimis audaciæ iuuenilisq; fetuoris magis: q; planitimo deratique consilii a plerisque sit iudicatum: qd; ingenue ille postea fassus est mihi apud deum factus humilior: et uulgi rumusculis: plausibusq; quibus iuuenis ferebatur: omnino despctis. Quum et fuit censura Pontificis adactus eorum partem: quæ proposuerat: quasi christiana non essent ex fide / damnare . Sed quis modo accusabit aduersus electos: ut ait apostolus? Ludificatus nō itēpate. nō uesane. nō rabide molitus ē aligd:

Magis uero disciplina sancta tua Iesu domine  
excitus /mox se cohibuit: et fauores/ blādimenta  
que hominum: qux aucupari se plane putarat:  
flocifacere cœpit/soli uituti/sapiētia&q; inseruire.  
Et quoniā recte philosophati opus fore existi/  
mauit diuinitarum cura non implicari: portione  
imperiū let uectigalis: quota illi obuenerat: fratri  
concessa: non destitit assidue uni sibi studere: at  
que intēdere/et dies/atq; noctes ea uoluere: qux  
uel ad sapientiā uel ad salutē pntauit ptnere.  
Qui si primis ānis ob formā egregiā/et ualitudi  
nem ad uoluptatem ullam impurā unq; deflexit  
animum: mox resipiscēs et satyricum illud sibi p  
cipiēs breue sit/ quod turpiter audes: se freno uit  
rutis ac ppetua studiorum cura/ solitudinisq; cu  
stodia ita coercuit: ut deinceps ad obitum usq;  
non cādide modo: sed angeliter degere mihi ui  
sus equidem sit. Parem in Hermolaum manum  
beata(nuncupetur ab aliis s̄ua) strinxit, iniqui  
tas: qui Romæ pro imperio Venetorum quum  
esset Orator: et delatam sibi patriarchalem Aq  
legix mitram & publicus/ et eques auratus non  
repudiasset: tantx remeritatis culpatus ē a Sena  
tin: ut dignitate fuerit/ graduque utroque prohi  
bitus. Hoc loco : si causa locusq; deposceret de/

No.

STRO.

MATT.

flenda esset tam imatura acerbaq; duplicitis glo-  
riæ latini nominis: et taræ virtutis extinctio / atq;  
iactura/non minoribus uel certe gemitibus: q; a/  
pud Augustum atq; Octauiam summus Poeta  
Marcellum funeste defleuit:Sed unū illud atten-  
to/agendūq; et mihi puto: ut horum aculeis ex  
citemur ad studia: quorum ardor/et cura ita p/  
pensa/et pertinax extitit semper in litteris: ut his  
uita lōgior si contigisset: eisdem quoq; in omni  
doctrinæ et sapientiæ laude omnis facile conce-  
sisset Italia: si non iam forte concesserat. Genero-  
sis etenim animis ea virtus/et probitas ingeritur  
acrius/atq; infigitur quæ p̄sens oculis fuerit/et p/  
spectis incensa laudib; ē:q; ea sane:quæ ad nos  
transmittuntur historiarum fide/ac monumentis:  
aut fama aliqua se auribus infert: nullusq; certi/  
or ē oculo testis/et calcat profecto uehementius.  
Vnde illud euenit s̄pē/ut audiā tem aliquā si  
neglexerimus turpe non sit:quā uisam non xmu-  
lati suppudeat/ita certatim ad res præclaras oculi  
currunt. Tum uehementer Stroza suspirans ui-  
des usquam ne loci tu Mathræ inquit germina-  
tilliis tantæ spei surgete/sequi attollere. ut eorū  
compendio duos tantos fulgores amississe acquie-  
scamus! Ad quem ego ex quo uiuo mi Stroza

inquam nulla maior felicitas temporis ad suu-  
dia maxime: q̄ præsens hæc nostra: adhuc perspe-  
cta est mihi sane. Habet enim Latio ferme iam  
toto hanc præcipuam et pulcherrimam nostrū  
hoc sæculum gloriam: et ab diuina prouidentia  
donum: ut non pauci alta spe surculatq̄ pro-  
pagines surgant: et pululent: daturi omnibus in  
litteris: et sapientiæ studiis: si coaluerint: uberes  
fructus: atq̄ mirabiles: et reuocaturi nobis prisca  
dignitatem et laudem: in omni genere bonarum  
disciplinarum et artium: quæ dudum graui ue-  
luti somno obdormiere. Sed iterum / iterumque  
miseranda. et heu inuisa cælo fortasse tam fœlix  
nunc dies: quam caliginosa / er putris nubes cœ-  
pit offundere / ac permiscere: ut porro extime-  
scendum non minime sit: nisi cœptum incendi-  
um nostris ab tectis et domibus deus extinxer-  
it: ne florens / et gloria Italæ dignitas:  
quæ grauida barbaris armis / et terroribus est:  
ad uandalicam et Gotticam rursus colluicio,  
nem / barbariemque deficiat cum exicio. bo-  
narum: quas diximus: surgentium artiū omniū  
et amissione reliqui omnis splendoris: et gloriæ  
eā iā p̄t̄m occupāte: p̄t̄m ifestāte semp̄ x̄mula et  
inuida nobis Gallorū manu atmata iuectaque

(quod metuo) ab ultrice dei iusticia contra presen-  
tem magnorum nostrorum hominum saeuiam  
tyrannidem/ superbiam/ avariciam/ libidine reliq;  
que maliciam/ bonos ac christi pauperes ubique  
uorantem. Sed ad rem equidem nostram iam re-  
deentes: uiros cur tot cōmemorem: quādo et pri-  
fca gloria fēminæ (quod ornementum iam fer-  
me totum amisimus) non segniori sint nobis exē-  
plo/ quartum plerasq; tantus amor/ tāraq; cupidit-  
tas ad sapientiam euexit: ut ea in re cum summis  
uiris potuerint s̄epe de laude contendere. Quan-  
to miraculo (deus) in toto orbe atq; natura Sybil-  
la extitere: extrahūtq; ppteruo? Quas ex M. Var-  
rone decē fuisse Augustinus colligit/ atq; Lactan-  
tius: quāuis nōnulli: quorū apud nos minus ua-  
let auctoritas: plures: q̄ decem uaticinatas astru-  
ant. Quid illa austri Regina auditu mirabilis?  
quæ ab ultimis quidem tertis /patria/ autroq; re-  
gno dimisso Hierosolimam uenit/ ut sapiētiā  
ex ubertinio illo Solomonis fonte pr̄sens hau-  
ritet: qui sapiētiā fama /gloriaq; omnes ea tempe-  
state putaretur excedere/ quam admirari/ atq; ex-  
tollere eo iustius nobis extiterit: quo praēconiū  
hac in re meruit domini Salvatoris/ et horrendo  
totius iudicandi orbis die contra desides statuta

Sybillæ. x.

sit et de omessa sapientia damnatora Judeos.  
Quā et generosi et astuantis amore sapiēt̄ ani  
mi amb̄e uirgines illx Laschēia et Axiothea fūe  
re quā cum fas Athenis non esset intactas puel  
las prodire publice: se mares cultu / habituq; uiri  
li mentita / docentis Platonis auditotium dūntis  
me frequentarunt incognitæ? Eo uero tempore:  
quo diuus noster Romæ Hieronymus floruit  
Paulæ, Blesilæ, Eustochio/ Marcellæ, Cellantia.  
Demetriadi aliiſq; q̄ pluriſmis quanti doctrina et  
sapientia steterit ipſe non dixerim: Signidē ma  
gni et beatissimi illius uiri opera / editionesq; de  
clarant: quas maiore quidem ex parte his illustri  
bus atq; sanctissimis fœminis inscripsit ille / atq;  
dicauit. Quod si de illustrib; et eruditissimis fe  
minis esset nobis curæ quicquid possumus dice  
re / et obsequereſ ōcium / et tempus ad hoc: occur  
reret Musa illa lesbia Sapho: a qua carmen saphi  
cum putant nominatum. Occurreret et illa Cen  
tona: quā tot uersus uirgilii ad Christi proposi  
tum accommodauit / et traxit. Non deesset Ame  
lia / atq; Hortensia in orando mirabiles: Sed ui  
deremur forsitan nimium in poetarum et orato  
torum castra deferri: uel presumere uniuersa cur  
ticulo tam paruo complecti: cum iam quidem

Q i

Laschenia  
Axiothea.

Paula  
Blesilla  
Eustochiū  
Macella  
Cellantia .  
Demetris.

Sapho.  
Centona.  
Amelia.  
Hortensia

hora concessa decurrat. Quare auditis iam tantum quae enarrata de sapientia uel conquisita labore uel infusa diuinitus hactenus sunt: dubium nobis relinquere ne potest: quin sapientia / siue ob splendorem: qui in ea est: siue ob certitudinem et puritatem: quibus duabus rebus uere eruditur homo: atque perficitur: partem maximam teneat felicitatis / et gaudii praे humanis ceteris bonis?

**Nota:** Quin et uia rectissima sit ad uitam omnino beatam? Teneatur illud ergo certissime nullum rerum naturam totam habere compendium: cum quo possit sapientiam commutare. Vincit mortalia omnia illius species. Vincit magnitudo. Vincit honor. Vincit diuinitas: si tantum usurpari non men hoc loco haud iniuria licet. Quod constare uobis libere si fatemini Patres: iam satis pro tempore ista de re arbitror uos alternatim / meque dixisse dum excussa / repertaque esse de sapientia dubitatione ueritas / et certitudo. Inductus Timor ipse beatus: qui ad illius imprimis nos dirigit arcem / et domicilium. Et cum ipso Timore consequita bonitas. Disciplina. Scientia: Vif que orationis / et dignitas. Dum et summo ad eam studiorum atque ardore diuini interuentu præ

**Epilogus.**

126

ſidiū per exempla : et ea quidem maximā atq; clā  
rissima ſumus inuecti . Quā cum dixiſsem ſur-  
gentes omnes ab amōniſſimo ridētiſ naturæ tra-  
cru atque ſpectaculo tecta ſubituri diſceſſimū /  
hymnum mollibus uoculis uirgini pro gratia et  
honore modulantes : Illamq; precantes ut in ui-  
ta / morte / caſu omni / et loco nobis adſit auxi-  
lio ! Quā propter nos peccatores facta ē genitrix  
dei / et cæleſtibus omnibus Regina ſublimior.

DE INSTITVENDO SAPI,  
ENTIA ANIMO OCTA  
VA ET VLTIMA  
COLLATI  
FINI

T.

?

Recognito post impressionē uolamine carptim  
errata admodū grauia perspecta sunt nulla. Nō  
potuit tamē ita quaq; diligens oculus / manusq;  
artificis semper in officio esse: quo minus in exi-  
guis quandoq; peccauerit: quā quoniam quili/  
bet uix doctus mediocriter agnoscere facile sane  
poterit/ aut uel corrigere uel pertransire non pu-  
tatum est oportere annotari ea curiosius sed pro-  
bo cōmittenda esse lectori : Qui quisquis fuerit  
ille sit fœlix.

M. Antonii Aldegathii Mantuani ad lectorem  
Epigramma.

ILLUSTRET quæ uere animum sapientia nostrum  
Qui cupid: et uerum noscere mentis opus.  
Matthæi monumenta legat clarissima Bossi:  
Sed legat: ut possit fruge leporis ali.  
Dogmata quod ueterum potuerūt noscere nūq;  
Palladio cunctis pandit odore decus.  
Surgit opus sermone graui: moderamine certo  
Tenditur: et docta syrmata pingit acu.  
Et pingui superas succo se tollit in autas.  
Cessat et in tantis copia nulla locis.  
Lector habe in p̄ciū: nihil ē quod lēdat in illo:  
Sed lecto poterit sanctius esse nihil.

REGISTRVM.

Primo folio continetur Epistola deinde

A B C D E F G H I k L M N O P Q:

Omnis sūt quaterni excepto Q qui ē duernus.



Opus hoc Impressum ē q̄ accuratissima  
fide et diligētia licuit: sano distinc  
toꝝ charactere a Pla  
tone de Be  
nedictis  
Bo  
noniæ  
Anno Salu,  
tis Milesimo quadrin/  
gentesimo / nonagesimoquinto  
Octauo Idus Nouembres. Laus Deo





Lion Gassot

Ex- murchida, faltando la a f o d a y.

Dura ter 128 fio; Tercia apenas 124





